[illegible]

(Bonn 1857) Febr. [illegible]

712 ff

ISIDORI HISPALENSIS

DE NATVRA RERVM

LIBER

RECENSVIT

GVSTAVVS BECKER

BEROLINI
WEIDMANNI SVMPTVS FECERVNT
A. CIƆIƆCCCLVII

OTTONI · IAHNIO

TESTIFICANDAE · PIETATIS · ERGO

D · D

GVSTAVVS · BECKER

Dum totus uersor in Suetonii Tranquilli fragmentis conligendis, per Fridericum Ritschelium adfertur ad me nuntius iam acta me agere et quae ego praeparem a C. L. Rothio iam ad finem perducta esse. Itaque tali cum uiro de palma certare desperans aliam mihi rem quaerendam esse perspexi, qua uires exercerem. Nec diu quaerere nec rem a studiis in Suetonio inpositis alienam eligere licuit; sic in Isidori de rerum natura librum incidi quem cum singulari libello nondum editus esset a uiris doctis iusto magis neglectum esse uideram cuiusque duos optimos libros manu scriptos Bambergenses Ottonis Iahnii beneficio nanctus eram.

Iam in initio prima statim quaestio oritur de titulo huius libri, qui ut uulgo exhibetur in paucis tantum codicibus extat; nam cum — ut Areualus in Isidorianis p. II cap. LXXVI exponit — in plerisque codicibus liber inscribatur de astris caeli uel de astronomia seu natura rerum uel liber astronomicus uel rotarum liber (quem titulum recte de circulis libro adpictis intellegit), uerus titulus in antiquissimo libro Ouetensi saeculi VII uel VIII et in codice monasterii S. Nazarii in Laurissa et in duobus ut uidetur libris Bruxellanis*) atque Bodleiano quodam codice extat, ex quo Oxonio Iacobus Gronouius Ciceronis et Suetonii fragmenta rettulit; firmatur praeterea ea inscriptio Braulionis testimonio, qui Isidori scripta enumerans in Areuali Isidorianis I 3 sic refert: 'De natura rerum ad Sisebutum regem librum unum, in quo tam de ecclesiasticorum doctorum quam etiam de philosophorum indagine obscura quaedam de elementis absoluit.'

Accedit Hildefonsus de uiris illustribus cap. VIIII: 'Scripsit opera et eximia et non parua, id est librum de genere officiorum, librum prooemiorum, librum de ortu et obitu patrum, librum lamentationis, quem ipse Synonymorum uocauit, libellos duos ad Florentinam soro-

*) cf. Laurentius Lersch. in antiquitatum diario a. 1841 p. 368.

rem contra nequitiam Iudaeorum, librum de natura rerum ad Sisebutum principem, librum Differentiarum, librum Sententiarum. Collegit etiam de diuersis auctoribus, quod ipse cognominat secretorum expositiones sacramentorum, quibus in unum congestis idem liber dicitur Quaestionum. Scripsit quoque in ultimo ad petitionem Braulionis Caesaraugustani episcopi librum Etymologiarum, quem cum multis annis conaretur perfecisse, in eius opere diem extremum uisus est conclusisse.'

Aluari denique nescio cuius Cordubensis testimonium Areualus attulit in indiculo luminoso num. 15 haec extare referens:

'Carnalibus uero ut minus peritis scandalum nasci tempore martyrii beatus et lumen noster Isidorus in rerum naturae libro euidenti eloquio et apta figura stellae cuiusdam Horione nuntiat.'

Quibus argumentis cum satis titulus huius libri uideatur probatus esse, libro ipso quid voluerit Isidorus praestare iam quaerendum est. Vsui autem Sisebuti et aliorum se consuluisse et eorum gratia e scriptoribus uarii generis quidquid in cottidianam uitam conducere existimaret, excerpsisse et ipse dicit in praefatione et e tota libri condicione adparet; sed quibus fontibus Isidorus usus sit, non abs re est diligentius exquirere, cum antiquae eruditionis monumenta quae nobis oblituerunt Isidoro praesto fuerint; qua ex disquisitione quali auctoritate nobis esse debeat diiudicari potest. Rationis autem quaestio, qua fontibus suis usus sit, cum seorsum tractari nequeat nisi omnia bis dicantur, priori quaestioni adiungenda est et primo statim auctore si non absolui, tamen tractari potest.

Ambrosius enim, quem praecipue Isidorus ad librum adhibuerit, iure primum locum obtinebit; quem nominatim adfert scriptor his locis VII 1 . XI 12 . XII 2 . XIII 1 . XIIII 1 . XV 1 . XVI 1 . XXVIII 1 . XXXIIII . XLI 1 . XLII 1 . XLV 1. Quos locos omnes ex Hexaemeron libris hausit, quos quater hoc ipso nomine attulit, semel 'libros quos scripsit de ratione mundi' uocauit. Qua autem ratione Isidorus Ambrosium libro suo adhibuerit, ex conparatione utriusque scriptoris, etsi omnibus paene de scriptoribus quos in quaestionem uocabimus non ipsi iudicare possumus, sed toti ex editorum arbitrio pendemus, tamen certum iudicium formare possumus; nam et initia et singula uerba Isidorum arbitrio suo conmutasse et aliter coniunxisse facile unusquisque intelleget, si XIII 1 cum Ambr. Hex. II 2, 5 uel XXVIII 1 cum III 3, 11 conparauerit uel XV ex Hex. II 3, 14 et IIII

3, 9 et II 3, 13 haustum esse uiderit. Qua de re ad ipsius Isidori uerba reuocamus: 'eorum in quibusdam causis et sensus et uerba ponentes.' Sic omnes paene scriptores tractauit saepius conmutans et corrigens, nonnusquam integra uerba recipiens. Itaque iure nostro multos deprehendimus locos, quos scriptor non nominato auctore aeque ab Hexaemeron libris repetiuit; qui sunt hi: II 1 . VI 4. XVII 3 . XVIII 6 . XVIIII 2 . XXVIIII 1 . XLV 1.

Ambrosio autem auctoritate proximus est Clemens, cui Recognitionum libri X tribuuntur, quem episcopum uel antistitem et martyrem uel apostolorum discipulum uocat. Auctorem eum nominat Isidorus quinquies: XVII 3 . XXXI 1 . XXXVI 2 . XL 3 . XLI 1 ; praeterea XXXVIIII 1 'nostrorum' uel ut in aliis libris extat 'quorundam' nomine significat. Alia autem uersione atque Rufini Isidorum usum esse falso contendit Grialius in XXXI 1; nam cum in adferendis scriptoribus eum libertatem suam sibi seruasse supra uiderimus, ex discrepantia de alia uersione cogitare causa non est.

Augustinum deinde ter ita adfert: XVIII 1 'sanctus Augustinus in psalmi decimi expositione' et XXVII 1 'ait sanctus Augustinus' et XLVIII 2 'ut ait beatissimus Augustinus'. Praeterea I 3 et XXI 3 Augustino auctore usus est.

Denique Hieronymum semel mea sententia secutus est I 3, qui tamen locus cum in multis libris non extet, ab Isidoro abiudicatur.

Cum patribus autem ecclesiasticis proxime coniungendus est mythographus, quem uulgarem usum sequens scholiasten Germanici dico; qui commentarius quo ex tempore originem ducat, summa dissensio est. Cum enim alii ut Barthius Aduers. X 21 et Ioannes Fellus in praefatione ad Eratosthenem Oxonii a. 1672 editum ac nuper Merkelius Prol. in Ouid. Fast. p. 86 commentarium eum ab ipso Germanico profectum esse Lactantio de falsa religione I 11, 64 nisi contenderent et Buhlius merito ab Hertzio explosus etiam de Nigidio Figulo cogitaret, longe plurimi hebescentis latinitatis monumentum esse existimauerunt, quod demonstrauit Suringar in programmate scholastico 'de mythographo astronomico qui uulgo dicitur scholiastes Germanici' Leidae a. 1842 edito. Sed num is ante Isidorum scripserit, ne ille quidem uir doctus etsi p. 21 n. 3 arbitrari uidetur, satis declarauit; itaque cum quattuordecim locos deprehenderim, in quibus scholiastes Germanici cum Isidoro congruit, non abs re esse iudico accuratius in eum scriptorem inquirere. Qua in re primum incidimus miram in similitudi-

nem, quae inter fabulas quae Hygini nomen prae se ferunt scholia Graeca Arati Pseudoeratosthenis Catasterismos scholiastam Germanici intercedit. Qua de uicissitudine uerissime iudicauit Godofredus Bernhardy Eratosth. p. 131 sq. fundamenta fabularum Hyginum Augusti aequalem iecisse, paulatim autem uehementissime permixtas et interpolatas esse, tum Graecum magistellum eas puerorum in usum uernaculo donauisse sermone. Vtrum autem scholiasta Germanici Catasterismos exscripserit uersane uice hi illinc deriuati sint, nihil iuuare decernere.

Sed decreuit Westermannus scholiasten Germanici, nonnulla si demas aliunde petita, nihil aliud esse nisi Pseudoeratosthenem latinum factum praef. Mythographorum p. VIIII statuens; quod mihi quoque persuasit, quamquam multa sane uel addita uel paulum mutata inuenimus, ut exempli gratia p. 42 editionis Buhlianae uerba 'ut refert Panyasis in Heraclea' in Eratosthene, qualis nunc quidem extat, desiderantur. Sed haec etiam a Graeco grammatico scripta esse ueri est simillimum, pleraque autem Latinam originem prae se ferunt ut p. 39 'Ouidius a Iunone in bestiam conuersam scribit' ac praecipue Nigidii Figuli fragmenta ab eo scholiasta solo seruata, quae Alfredus Breysig in dissertatione inaugurali Berolini 1854 edita conlegit. Quae si excipias uerba a p. 38 'Helicen autem dicit Hesiodus' relicua usque ad p. 89 ex Eratosthene uersa esse iudicabis; quae autem praecedunt a p. 36 usque ad p. 38 aeque e Graeco uersa esse uidentur, etsi prorsus eadem ne in scholiis quidem Graecis extant. Prorsus autem discernenda quae p. 108—118 extant uel eo mihi uidentur, quod ab optimis libris Puteaneo et Basiliensi teste Breysigio absunt in Vrbinate tantum et Strozziano seruata; quae a Latino inferioris aetatis scriptore confecta esse cum e toto orationis habitu tum ex insigni Plinii fragmento, quod p. 112 et relicuas paene omnes conplectitur, facile conligitur; quibuscum ea quoque mihi uidentur coniungenda esse, quae p. 33—35 extant, quorum prior pars etiam in Censorini fragmento p. 76 Iahn. reperitur. Haec autem pars, quam breuitatis causa mathematicam dicam, maxime cum Isidoro congruit; sed cum scriptor etiam cum altera quam mythologicam dicam, pauca communia habeat, de utraque parte iudicium faciamus oportet; quod ideo difficile est quia eis de scriptoribus qui communi usui seruiunt ut de ipso Isidoro Hygino scholiasta Germanici aliis multi semper conmutando et addendo bene sibi meruisse uidebantur ita ut ex uno tantum loco nihil

certi concludi possit. Quae nisi ita essent, uno Lactantii testimonio defungi possemus; nam etiamsi ei eam uim supra denegauimus, ut a Germanico ipso commentarium profectum esse crederemus, tamen ea uis remanet ut ante Lactantium mythologicam commentarii partem conscriptam esse statuamus. Quod testimonium recte ut intellegatur una cum scholiastae uerbis hic adponam:

Lactant. de falsa religione I 11, 64.

Caesar quoque in Arato refert Aglaosthenem dicere Iouem cum ex insula Naxo aduersus Titanos proficisceretur et sacrificium faceret in litore, aquilam ei in auspicium aduolasse, quam uictor bono omine acceptam tutelae suae subiugarit.*)

Schol. Germ. p. 73.

Aglaosthenes dicit Iouem (in aquilam transfiguratum) Naxiam regionem, ubi nutritus fuerat, petiisse et regnum accepisse. Egresso uero de Naxo cum aduersus Titanas proficisceretur et sacrificium faceret, aquilam ei in auspicio apparuisse et fulmina ministrasse, quam bono omine acceptam tutelae suae subiecisse.

Addit praeterea Suringar alium Lactantii locum I 21, 38 quem cum p. 54 conparari iubet et magnam ostendit similitudinem scholiastae et Fulgentii, quam tamen nos non moramur, cum Fulgentium e scholiasta pendere unicuique adpareat. Sic etiam e mathematica scholiastae parte Isidorum hausisse eo adparet quod scholiasta p. 109 de cursu solis et lunae etiam horarum numerum praebet, quem Isidorus XVIIII 1 ceteroquin idem omittit. Accedit quoque quod cum eadem paene uerba apud scholiasten p. 108 et Isidorum XV 2 legantur, uerba 'unde frequenter et solem uidemus madidum atque rorantem' etiam Ambr. Hex. II 3,13 agnouit. Denique Silligii iudicium, qui praef. p. XLI scholiasten Plinii exemplari omnibus codicibus longe puriore usum esse censet, non est neglegendum. Sed altera e parte non parui momenti argumenta praesto sunt, quibus Isidorum scholiastae qualis nunc habetur antecessisse probetur. Qua in re argumentum primo adspectu grauissimum fere nil ualet; extant enim in mythologica parte p. 88 uerba, quae secundum Eratosth. Catast. 41 sic interpungenda esse censeo:

'Cognoscens Apollo sibi coruum peccasse prohibuit eum eo tempore aquam bibere — ut Aristoteles dicit in eo libro, qui de bestiis

*) Ex quo testimonio adparet non tam falsos, quam Suringar putat, eos esse qui commentarium *scholiasten Germanici* dicant, cum iam Lactantii tempore cum Germanici Phaenomenis coniunctus fuerit.

scribitur, et Isidorus in Naturalibus uel in Physicis memoriae tradidit — quod ipse peccati poenas daret, qui et postea astris illatus est.'

Quibus uerbis si Hispalensis episcopi mentio facta esset, ut Meursius putat, qui tamen Isidori locum indicare non potuit, tamen de uniuersa scholiastae aetate nihil probatum esset, cum Isidori nomen facile librarius huius scriptoris memor addere potuisset. Cum autem ea uerba nemo apud Hispalensem reperire potuerit, non est cur alium Isidorum a scholiasta intellegi negemus, praesertim cum Isidori nomen a ueteri usu non abhorrere Isidori Characeni exemplo, cuius Plinius nat. Hist. IIII 4 al. meminit, et eius Isidori, qui in schol. Bern. ad Virg. Ecl. VIIII 29 extat, conprobetur. Sed alterum restat multoque grauius argumentum. Capite enim XXXVIII quod inscribitur 'de signis tempestatum uel serenitatis' quae praecedentibus Tranquilli uerbis extant Varronis Nigidii Arati Virgilii uerba, eadem etiam apud scholiasten Germanici duobus locis inuersoque ordine ita repetuntur, ut utroque loco de signis tempestatis uel serenitatis agi dicatur. Nam ea quae paragraphis secunda et tertia continentur p. 112 hoc leguntur exordio: 'Praeterea signa tempestatis uel et serenitatis in ea (sc. luna) uideri posse antiqui dixerunt. Nigidius ait' et q. s. Atque antiquorum uerba, quae paragraphis quarta et quinta extant, p. 108 sic leguntur: 'Signa enim tempestatis uel serenitatis hoc modo astrologi mundi cognoscenda esse dixerunt. Virgilius namque ait, 'si sol' et q. s. Sin singula utriusque scriptoris uerba conparas et de scholiastae uerbis certo fundamento nos carere meministi ad Nigidii uerba Breysigii scripturam (p. 43) adhibens, non solum ueterum scriptorum uerba sed etiam coniunctiones ita similia esse intelleges, ut alterum ex altero hausisse necesse sit. Quin autem Isidorum scholiasta auctorem secutus sit nemini inuersum uerborum ordinem apud scholiasten et titulum capitis Isidoriani respicienti dubium esse potest; nam ex eodem inferioris aetatis scriptore utrumque hausisse, ne suspicandi quidem causa est.

Itaque his pro fundamento subiectis nunc singulos locos examinemus. Quae autem Isidori uerba cum mythologica parte congruunt, (respondet enim XXVI 5 pag. 38, XXVI 8 p. 75, XXVI 14 p. 77) etsi ea non ita accurate consentiunt, ut caput XXXVIII cum mathematica parte, tamen Isidorum ex scholiasta hausisse e tota oratione conligere licet. Contra XXVI 6 Isidorus pleniorem habet orationem quam scholiastes p. 65. Ad mathematicam autem partem quod attinet, maxime dignum est memoratu XVII 1 'dicunt antiqui Aratus et Hyginus solem per se

ipsum moueri non cum mundo uerti,' ubi Arati sub nomine scholiasten uidetur intellegere. Ceterum ea uerba et relicua ex Hygino sunt petita, sic etiam XX 1 cum Hygino Astr. IIII 14 et scholiasta p. 108 consentit. Restat unus scholiastae locus, qui cum tribus Isidori locis conparandus est:

Isid. de nat. rer. XVIII 1.	Isid. Origg. III 52, 1.	Schol. Germ. p. 109.	Isid. d. n. r. XXI 1.
Alii namque dicunt proprium eam lumen habere, globique eius unam partem esse lucifluam, alteram uero obscuram et dum moueatur in circulo suo eandem partem qua lucet paulatim ad terras conuerti.	Lunam philosophi dicunt proprium lumen habere, globique eius unam partem esse lucifluam, aliam uero obscuram et paulatim se uertendo diuersas formas efficere.	Hanc quidam dicunt philosophorum proprium lumen non habere, globique eius unam partem esse lucifluam, aliam uero obscuram et paulatim se uertendo diuersas formas efficere.	Hanc enim philosophi non habere proprium lumen sed eandem a sole inluminari defendunt.

Addendum praeterea est ea, quae primo loco scripserim, Augustini uerbis inmixta esse. Quid autem de his locis iudicandum sit, ualde est ambiguum. Quodsi 'de natura rerum' capita tantum cum scholiasta conparamus, ex fine prioris et initio alterius deesse tale quid scholiastae uerbis concludamus: 'Hanc quidam dicunt philosophorum proprium lumen non habere. [Alii autem dicunt proprium eam habere] globique eius' et q. s. Sed cum Origines accedant, quae initio quoque scholiastae similes sunt, Suringari potius adsentior, qui in scholiastae uerbis *non* delendum esse putat. Itaque cum res dubia sit, ad eam quam nunc agimus quaestionem decernendam nil ualet. Nostro autem libro perlustrato Origg. VIII 11, 56—58 addam, quarum consensu cum p. 111 scholiastae, etsi uter aetate antecedat non intellegitur, tamen aliud demonstratur. Vterque enim scriptor Prudentii uersus adu. Symmachum I 36, 3 sq. adfert, sed uterque alio modo. Scholiasta enim sic dicit: 'De qua quidam:

Denique cum luna est, sublustri splendet amictu
Cum succincta iacet calamis, Latonia uirgo est.

Isidorus contra ita: 'Sed cum luna fingitur:

sublustri splendet amictu
Cum succincta iacit calamos, Latonia uirgo est:
Cum subnixa sedet solio, Plutonia coniunx.'

E qua re nisi Isidorum e memoria ultimum uersum addidisse sta-

tuere uelis, meliore scholiastae exemplari quam nobis praesto sit Isidorum usum esse concluditur.

Itaque ut omnia argumenta breui conplectar, utramque scholiastae partem quarto iam saeculo p. Chr. n. extitisse ex Lactantii, quem anno 330 mortem obiisse ferunt, et Ambrosii, qui anno 397 mortuus est, testimoniis satis discimus, sed postea commentarium locupletatum et recensitum esse praecipue Prudentii, qui anno 348 natus est, uersibus demonstratur, qua recensione Isidorus esse usus uidetur; denique post Isidorum aliquem extitisse, qui commentarium in angustum coegerit atque pauca ex Isidoro addiderit, ex uno tantum sed uix infringendo argumento conligitur.

Ad scholiasten uero Germanici propius accedit Hygini Astronomia, de qua Conradi Bursiani uiri doctissimi liberalitate accuratius mihi iudicare licet. Cum enim eam libertatem, qua Isidorum in libro suo inserendis scriptoribus usum esse supra conmemoraui, certis exemplis probare non potuissem (nam nemo eorum scriptorum, de quibus agitur, adhuc e manuscriptis emendatus est) a uiro illo clarissimo, quem mythographorum editionem parare ex Ottone Iahnio audiueram, auctore eodem literis petii ut ad locos ab Isidoro excerptos de librorum scriptura certiorem me faceret. Nec frustra quaesiui, nam celeriter ille diligentissime enotatam scripturae discrepantiam mihi misit, quam ob beneuolentiam doctissimo uiro iustas gratias publice ago. De libris autem quos conlegerat haec fere mihi scripsit: summae auctoritatis esse codicem Montepessulanum (*M*) saeculo decimo conscriptum et Vaticanum e Christinae Sueciae reginae bibliotheca (*R*) saeculi noni; ad quos cum cautione adhibendos esse Parisinum (*P*) saeculi undecimi et Bruxellanum (*B*) saeculi duodecimi. His igitur copiis instructus diligenti e conparatione non totum se Isidorum auctoribus addixisse adfirmare possum. Hyginum autem, quode nunc agitur, ter nominatim adfert scriptor XVII 1 et XVIIII 1 et XLVIII 1; praeterea XVI 3 sub 'antiquorum' et XX 1 sub 'sapientium' titulo eum uidetur intellegere; consensum denique utriusque scriptoris locis deprehendi his: IIII 1. XII 3. XVIII 4. XXI 1. XXII 1. XXVI 5. XXVIII 1.

Solinum denique semel tantum XL 1 nominat neque ad cetera eum adhibuisse Isidorum ullo exemplo potest probari.

Multum autem auctoritate et apud Isidorum et apud ceteros posterioris aeui scriptores ualuit C. Suetonius Tranquillus, quem nominatim ter XXXVII 5. XXXVIII 1. XLIIII 1. adfert bis fontem no-

minans 'Prata'; de quibus disputavit nuper Ios. Regent. in dissertat. 'de C. Suetonii Tranquilli uita et scriptis' Vratislauiae proximo anno edita p. 25 sq. Citantur enim a Prisciano ter 'Praetorum' libri hoc modo:

Prisc. p. 793 P. 387 H.: Suetonius in VIII Praetorum: 'Fasti dies sunt, quibus ius fatur, id est dicitur, ut nefasti, quibus non dicitur.'

Prisc. p. 794 P. 387 H.: Suetonius autem passive protulit in IIII Praetorum: 'Laetoria, quae uetat minorem annis uiginti quinque stipulari' ἐπερωτᾶσθαι.

Prisc. p. 1164 P.: Suetonius in IIII Praetorum: 'Minor uiginti quinque annis stipulari non potest' passiue dixit.

Apud Priscianum iam Baehrius Hist. lit. Rom. II p. 160 'Pratorum' legendum esse coniecerat reprobante Hertzio, quod tribus his locis et libri in Praetorum titulo conspirent ipsaque locorum argumenta huic titulo respondeant. Sed tamen uerum uidit Baehrius, nam quamuis Regentii argumentum, qui argutius quam uerius sic iudicauit: 'Quis enim est, quin sciat libros Praetorum non nisi libros ab ipsis praetoribus conpositos dici potuisse' meum non faciam, tamen is titulus uix potest intellegi. Nam mea quidem sententia Praetorum libri siue Praetores nihil aliud esse possunt nisi historia uel uitae praetorum, quod octo libris idoneum argumentum esse iure negabis. Non multum autem tribuo nec Hertzii argumento ipsa locorum argumenta titulo 'Praetorum' respondere contendentis nec refutationi Regentii haec disserentis: 'At Suetonius haud dubie non quid essent dies fasti uel quid praeciperet lex Laetoria in animo habuit docere, sed de etymologia uocis 'fastus' uerba fecisse nec minus legi Laetoriae notam aliquam grammaticam uidetur adiecisse.' Nam quis duobus e fragmentis de argumento octo librorum potest iudicare? Et re uera Suetonium de diebus disseruisse infra uidebimus, quae autem fuerit illa 'nota grammatica', fateor me nescire. Sed grauiora restant. Apud Isidorum enim de natura rerum I 4 eadem uerba extant, quae Priscianus p. 793 e Suetonio refert, 'fasti dies sunt, quibus ius fatur, id est dicitur, ut nefasti quibus non dicitur' ita ut Isidorum e Suetonio ea hausisse adpareat, praesertim si etiam ea, quae doctrinae plena de diebus feriatis profestis festis atris sideralibus iustis praeliaribus dixit, Suetonii esse demonstratur; quod Regentius non uidit, etsi sane uidere debuit. Nam e paucis quos Isidorus libro suo adhibuit auctoribus quis talia docere potuit praeter Suetonium? Tum cum casu tantum quodam

uerba de diebus festis Suetonii esse sciamus, etiam proxima a Tranquillo scripta esse ueri est simillimum. Deinde eam similitudinem, quam inter Festum et Tranquilli uerba apud Isid. XLIIII intercedere Odofredus Muellerus praef. Festi p. XXXIIII obseruauit, etiam inter uerba de praeliaribus diebus et Paulum p. 226 deprehendimus. Denique de diebus Suetonium egisse scholiastes in Lucan. V 7 his uerbis docet:

'Significat congluuiales dies, ut ait Suetonius, in quibus quod ante intermissum fuerat, gerebatur.'

E quibus si uere disputata sunt, iam consequens est ut 'Praetores' falsus sit titulus. Primum enim cum postea Isidorus Prata attulerit, etiam hoc loco eum e Pratis hausisse admodum probabile est, praesertim cum Prata encyclopaediam quandam effecerint, ut infra docebo. Tum etiamsi scriptorem in libris de uita praetorum occasione data de diebus fastis potuisse disputare concedendum est, tamen eum his libris dedita opera de diebus disseruisse uix potest probari. Ceterum alterum Hertzii argumentum e librorum conspiratu petitum facile potest refutari, nam librarii festiuitatem, ut cum Gellio loquar, huius inscriptionis non intellegentes ut e 'pratis' forma 'partis' uel 'partes' uel 'partibus' fecerunt, ita in 'pratorum' forma quid aliud inesse potuerunt suspicari nisi 'praetorum'? Neque prorsus silentio praetermittendum est extare etiam pauca eius corruptelae uestigia, nam Halberstadiensis teste Hertzio p a e · t o r u m a prima manu praebet, Caroliruhensis uero p r a e · o r u m; neque cur Regentius errorem ipsi Prisciano tribuerit, ullam uideo causam.

Sed ut alia quoque quae apud Isidorum extant Suetonio et, ut mea quidem est sententia, Pratis tribuam, pauca et de ipsis Pratis et de eis fragmentis, quae certam Pratorum inscriptionem habent, dicenda sunt. Prata enim Suetoniana diserte uno tantum loco praeter Isidorianos et Priscianeos citantur in eis differentiis sermonum, quas Doruillius in miscellaneis Obseruationibus criticis nouis tom. VIIII publici iuris fecit, quarum haec est inscriptio: 'Incipiunt differentiae Sermonum Remi Palemonis ex libro Suetonii', quarumque in fine haec scripta sunt: 'Explicit praescriptae uerborum differentiae ex libro Suetoni Tranquillini qui inscribitur pratum'. Cui inscriptioni quamquam omnem fidem derogauit Ritschelius in Parergis p. 627 neque quisquam credo ab ipso Suetonio profectas esse eas differentias contendat, tamen inscriptio non de nihilo est, sed aliquam coniunctionem earum differentiarum et Suetoniani Prati indicat, quae potest indagari. Saeculo enim Hadrianeo

cum antiquarum literarum studium exerceretur, grammatici largis in thesauris antiquas linguae formas ueterum poetarum uersibus et scriptorum sententiis demonstrare studebant; ex quo studio eae antiquae poesis reliquiae quas nobis exoptatissimas Nonius seruauit originem suam duxisse uidentur. Similiter uero etiam Suetonium rem egisse capite XLIIII docemur. Sed cum studio ueteres formas grammaticas indagandi coniunxerunt singulorum uerborum notationem et usus definitionem, cuius studii imaginem nanciscimur ex eo, quod de diebus capite I et de nominibus maris et fluminum capite XLIIII Isidorus ex Suetonio hausit. Posteriores uero, qui cuncta scripta grammatica in breuius coegerunt, ambo studia quae grammatici illi ut par erat coniunxerant discreuerunt; sic ea ueterum scriptorum testimonia quae manserunt quamuis ualde corrupta tamen integra neque interpolata Nonius demum seruauit, ex altera autem horum studiorum parte differentiae quae dicuntur extiterunt, quibus idoneam materiem Suetonium praebuisse ex eis quae aetatem tulerunt Pratorum fragmentis intellegitur. Sed haec studiorum aetatis Hadrianeae pars non tam integra quam altera ad nos peruenit, nam unusquisque magistellus noua addendo bene de differentiis mereri studebat; sic barbara multa in ea coaceruabantur, antiqua uero et bona, quae scire posterioris aeui hominum nil intererat, rescindebantur, itaque factum ut hae differentiae et eae quae Frontonis nomen prae se ferunt cum auctoribus suis paene nil praeter nomina commune habeant. Praeterea autem recte mihi uidetur Regentius contendere a Gellio praef. de inscriptionum festiuitatibus disserente Tranquillum intellegi his uerbis: 'Est praeterea qui Pratum scripsit.'

Quid autem sit Pratum (nam Prata et Pratum idem est), ex ipso titulo intellegitur, cui respondet Graeca inscriptio *Λειμῶνος*, quode Suidas sub uoce *Πάμφιλος* haec testatur: *Ἔγραψε Λειμῶνα· ἔστι δὲ ποικίλων περιοχή.* Iure autem Gellii uerba (praef. 5) Regentius huc refert: 'Nam quia uariam et miscellam et quasi confusaneam doctrinam conquisiuerant, eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt'. Quibus uerbis optime Pratum mea sententia describitur; quod etiam uaria ex materia eius libri intellegitur, nam cum octauo libro de diebus disseruisset, quarto de legibus uel ut caute loquar de adulescentium condicione uidetur egisse; incertis autem libris de signis tempestatum et de nominibus maris et fluminum disputauit. Quae fragmenta Tranquilli contemplantibus duae existunt difficultates,

quarum prior in eo vertitur quod quam arte Isidorus ad auctorem suum se adiunxerit nescimus, altera quod ubi Suetonii uerba desinant et ipsius scriptoris incipiant non potest discerni. Sic totam paragraphum primam capitis XXXVIII Suetonio ita tribuo, ut prima uerba Suetonii propria esse, finem 'quid ergo' ab Isidoro conmutatum censeam. De relicuis autem paragraphis, quas scholiastes Germanici ab Isidoro recepit, potest dubitari; nam Varronis Nigidii Arati Virgilii uerba Isidorum aut aliis e scriptoribus aut ex ipsis potuisse haurire non est negandum, Varronis enim multos libros quinto saeculo extitisse Sidonii Apollinaris (Epist. II 9) testimonio scimus: 'Similis scientiae uiri hinc Augustinus, hinc Varro, hinc Horatius, hinc Prudentius lectitabantur'; Nigidius uero et ab scholiasta Germanici et a Seruio conmemoratur, Virgilius autem et duae Arati uersiones adhuc extant. Sed altera e parte non abhorrere a Suetonii Pratis testimonia aliorum adlata ex Gellii simili libro alteroque Pratorum fragmento et de uita Caesarum libris scimus, ut supra iam significaui. Itaque cum scriptorem alios eius generis libros praeter Pratum legisse non sit ueri simile, eo mea sententia inclinat, ut Isidorum etiam Varronis Nigidii Arati et fortasse Virgilii uerba apud Suetonium repperisse credam.

Caput autem XLIIII totum e Tranquillo sumptum esse equidem cum Iacobo Gronouio et Regentio persuasum habeo neque Areualo adsentior, qui uerba ' externum mare — Italia adluitur' tantum Suetonio tribuit; nam ceterae explicationes et Pacuuii Attae Augusti uerba Isidoro uix propria sunt. Qua autem ratione Suetonio scriptor usus sit, ex Pacuuii uersu hoc potest intellegi, qui eodem modo Origg. XIII 21, 2 legitur:

'Flammeo uapore torrens torret'

Quem uersum si solum spectamus, nullo modo offendimus. Sed longe alio modo eundem ut uidetur uersum Festus p. 352 adfert: 'Torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuuium in Antiopa (*Ribbeck* 13):

Flámmeo uapóre torrens térrae fetum exússerit.

Significat etiam fluuium subitis imbribus concitatum, qui alioqui siccitatibus exarescit'.

Quaeritur enim num hic uersus Pacuuii idem sit atque prior, quod negauerunt Langensiepenus in nouo Mus. Rhen. a. 1847 p. 251 et Otto, contenderunt relicui quantum uideo omnes. Sed eisdem paene uerbis diuersas res poetam descripsisse uix quisquam credet, itaque

Isidorum auctorem suum non intellexisse oportet, et Suetonii sententia hunc in modum uidetur refingenda esse:

'Torrens fluuius qui pluuia crescit, siccitate torrescit, id est arescit. [proprie autem torrens participialiter pro 'exurens' ponitur ut est apud Pacuuium:

Flammeo uapore torrens terrae fetum exusserit.]'

Isidorus autem cuncta in breuius cogens et uersum ad priorem torrentis significationem pertinere putans aut ipse finem uersus truncauit aut mutilum iam repperit in suo exemplari, nam 'torret' ab ipso Isidoro scriptum esse consensu utriusque loci demonstratur. Ex qua ratiocinatione etiam cetera non integra esse concluditur.

Priusquam autem de certis Pratorum fragmentis disserendi finem facimus, pauca de initio capitis XXXVIII addenda sunt, ubi hanc enotaui scripturae discrepantiam:

tranquillus in partes non libertis sic dic& *A**)
tranquillus in pratis sic dicit *C D*
tranquillõs in p͡ratis sic dicit *B*
tranquillus in partis sic dicit *H K*
tranquillus in partes sic dicit *F G al.*
tranquillus in partibus sic dicit *E*
tranquillis in portis sic dicit *al.*
tranquillis in pratis sic dicit *al.*
tranquillus in parthis sic dicit *L*

Duo igitur ut librariorum errores omittam opponuntur testimonia, alterum 'in Pratis', alterum 'in Pratis non libertis' exhibens.

Equidem alteri testimonio quamquam uno codice sustentato, quia pleniora ita praebet ut de glossemate cogitari nequeat, magis credendum esse censeo, nam 'in annalibus libris patrum' quae capite XLIIII in aliis libris extant longe aliter se habent. Quae cum ita sint, emendationis ratio facilis est, suspicor enim scriptum fuisse: t r a n q u i l l u s i n p r a t i s n o n. l i b. Est autem n o n. l i b. 'nono libro', quod librarii male intellegentes cum de libro Pratorum omnino non cogitarent, aut uulgari notae explicatione usi in 'non libertis' conmutauerunt aut omiserunt uerba explicatu difficilia. Ex multis autem libris Prata constitisse eo quod de uniuersa Pratorum condicione diximus intellegitur,

---

*) Codicum notas p. XXIIII sq. explicabo.

sin octauum librum Priscianus adfert, etiam nonum ponere non est audacis hominis. Citantur autem ueterum scripta similiter a Nonio, e quo pauca exempla adferam: p. 43 concinnare: 'Idem in Academicis lib. I.' p. 69 adstipulari: 'Cicero in Academicis lib. IIII.' p. 78 bacchari: Virgilius in Georgicis lib. II.' p. 122 incuruiscere: 'Ita et in Tusculanis lib. I.'

Incerti autem loci unum extat XXXVII 5 Suetonii fragmentum, quod aeque atque uerba 'de diebus' Pratis adscribere non dubito:

'Quosdam autem Tranquillus proprios locorum flatus certis appellat uocabulis, quo ex numero sunt in Syria syrus, carbasus in Cilicia, in Propontide tracidas, in Attica sciron, in Gallia circius, in Spania sucronensis.'

Totum autem caput XXXVII e Suetonio sumptum esse probare conabor. Primum enim ex ratione qua Tranquillus nominatur etiam quae antecedunt eius uerba esse concluditur; quae si eius non essent, certe dixisset: 'Tranquillus autem quosdam.' Deinde autem quae extant nec cum Gellio II 22 nec cum Plinio nat. hist. II 47 congruunt. Singuli enim uentos hoc ordine enumerant:

Isidorus.	Plinius*).	Gellius.
septentrio siue aparctias	subsolanus siue apeliotes	eurus siue ἀφηλιώτης siue
circius siue thrascias	uulturnus siue eurus	subsolanus
aquilo siue boreas	(Phoenicias)	aquilo siue boreas
subsolanus siue apeliotes	[euronotus]	uolturnus siue εὐρόνοτος
uulturnus siue caecias	auster siue notus	caurus siue ἀργεστής
eurus	(libonotus)	fauonius siue ζέφυρος
notus	africus siue lips	africus siue λίψ
euroauster	fauonius siue zephyrus	auster siue νότος
austroafricus	corus siue argestes	septentrionarins siue ἀπ-
zephyrus siue fauonius	septentrio siue aparctias	αρκτίας
africus siue lips	(thrascias)	
corus siue agrestis	aquilo siue boreas	
	[meses]	
	(caecias)	

Itaque alium auctorem quam Plinium Gelliumue Isidorum sequi concludendum est, quem Suetonium esse ueri est simillimum. Sic ratiocinatione iam adsecuti sumus, quod necopinato dilucido testimonio fir-

*) Numerosiorum rationum uentos uncis additis significaui.

matur. Publicauit enim Ritschelius Mus. Rhen. I p. 130 sq. carmen Leoninis uersibus conscriptum et a Theodoro Oehlero in codice Bruxellano n. 10721 saeculi XII repertum quod sic inscribitur: 'Versus de XII uentis Tranquilli Physici.' Tranquillus enim ille physicus nemo est alius quam Suetonius noster Tranquillus uersibus conscriptus. Vt enim Ausonius Suetonii de uita Caesarum libros uersibus descripsit, ut Paulinus secundum Auson. epist. 19 poema de tribus Suetonii libris, quos ille de Regibus dederat, in epitomen coegit, ut in eodem codice Vitruuii caput I 6 uersibus conpositum extat, sic incertus poeta Pratorum ut suspicor caput uersu inclusit. Ipsos autem uersus hic adponere liceat, ut cum Isidori uerbis conparari possint:

Quatuor a quadris uenti flant partibus orbis:
Quisque sibi comites geminos alit inferiores.
Hi uelut in circo positi sub climate certo
Sic elementa mouent, ut eisdem non simul instent.
Si furerent pariter, sua quippe remitteret aer
Pondera continui lassatus turbine belli
Succedunt uicibus nunc hic nunc ille solutus,
Et uertit terras et cogit hebescere nautas.

Primus cardinalis septentrio
Laterales eius cyrcius et boreas.

Primus ab axe uenit concretaque frigora ducit
Emundans Scythicas septentrio nubibus oras.
Saeuior hoc alius non est; seu stringere siccus
Siue Gaetas pluuiis aspergere coeperit albis.
Nomen aparctias sumit delatus Athenas.
Circius huic dexter, boreas uolat inde sinister.
Quis uti soleant his Graeca uocabula restant.
Namque prior lingua uocitatur thrascias illa,
Respuat hexametrum quamuis ea dictio uersum.
Ipse facit madidos et grandine uerberat agros.
Inde sequens aquilo dictus consurgit ab alto
Nubila concutiens, sed rarior exit in imbres.
Frigidus ignotas Rhenus exasperat undas
Et nuper liquidam glaciem facit esse procellam,

Perpetuum montem iam de se parturientem.
Additur Aeolio tam magna potentia monstro:
Hoste sub hoc nudas refugit sua gloria siluas,
Conqueriturque breuem tellus exhausta decorem.
Omnia uincentes isti tres conlaterales
Suspirant tumidis hyemalia tempora buccis.

Secundus cardinalis subsolanus.
Laterales eius uulturnus et eurus.

At subsolanus rutilo tibi, Phoebe, propinqus
Peplum ceruleae tygoni siccat amatae.
Huic aliud nomen quod dicitur aphelioten.
Eructans animam parili moderamine mixtam
Nec stringens hebetat, nimio nec igne uaporat.
Dextram uulturnus, laeuam circumtonat eurus.
Decoquit Eoas prior, hic humectat arenas.
Calchias est calidus Pelopis regione uocatus.

Tercius cardinalis auster.
Laterales eius euro auster et e austro africus.

Verum per zonam solaribus ignibus ustam,
Qua recolit fuscus feruentia littora Maurus,
Auster ab antipodis humili statione remotis
Mitior in patriam, quam lex iubet, euolat istam.
Namque sinus gelidum pariens antarcticus illum
Aestu mutari dedignaturque relidi,
Dum peragrat mediam terraeque polique plateam.
Hanc quoque Daedaleae noton expressere Micenae.
Quicquid uer genuit decoris, sibi marcidus haurit
Interimens flores et obumbrans ruris honores.
Dextro qui famulo desedat nomen et euro
At latus sensiferum quatiens austro affricus udum
Gaudet conpositis gemino cognomine pennis.

Quartus cardinalis zephyrus.
Laterales eius africus et chorus.

Mollior occiduos zephirus lambendo Britannos
Dicitur Italiae, sed et iste fauonius horae

Arma pharetratae labefactat uitrea brumae.
Nam recreat florem matri prius inmorientem
Alliciendo senes iterum iuuenescere montes.
Cui fauet a dextris pluuialibus africus alis.
Hunc libin ex patrii dicunt idiomate uerbi
Hannibalis gentes, cuius uocat Africa manes.
Postremus, circo postremum si quid in illo,
Emergit chorus, argestes hic quoque dictus.

[*H*]i sunt bis seni quadro sub cardine uenti
Perflantes mediae spatiosa uolumina terrae.
Nec quemquam moueat, quod plura uocabula restant,
Quorum diuersis uicibus fungantur in horis.

Nihil mutaui praeter *moneat* uersu 62, quod typothetae potius quam librario deberi puto. Praeterea magnam mihi mouit spem ipsius Tranquilli uerba reperiendi Oehlerus addens aliquid *de uentis* et *ordo uentorum* XXVII in senatus Lipsiensis bibliotheca n. 62 extare. Precibus igitur iterum *Bursianum* adii ut haec mihi exscriberet; quod facile ab illo uiro qua est humanitate inpetraui. Sed spem fefellit euentus, uidi enim primo adspectu fragmentum illud ipsum esse Isidorum in angustum coactum. Incipit enim hoc modo:

'Ventus est aer commotus et agitatus sicut flabello breui potest approbari. Nec aliud intellegitur quam fluctus aeris, qui ut Clemens ait, ex quibusdam montibus excelsis uelud compressus et coangustatus ordinatione dei cogitur et exprimitur in uentos ad excitandos fructus aestusque temperandos. Pro diuersis autem partibus caeli nomina diuersa sortitur.'

Secuntur *ordo uentorum* XXVII, *de tonitruis*, *de fulminibus*, quae cuncta ex Isidoro sumpta sunt additis paucis Plinii et Originum et Lucretii uerbis ita ut totum fragmentum hic repetere non aptum uideatur.

Itaque ab hac spe deiecti probauimus tamen caput XXXVII ex Suetonio haustum esse. Quodsi Isidorum a Suetonio pendentem casu miro duobus locis deprehendimus, iure agamus, si omnes locos doctrinae plenos quorum alios auctores demonstrare non possumus Tranquillo tribuamus. Sed eos tantum locos, quorum origo Suetoniana aliqua ratione probari potest, hic enumerabo. Sic altera capitis

primi paragraphus de initiis diei Tranquilli esse eo demonstratur quod similia sed non prorsus eadem Varronem scripsisse e Censorino 23 Gellio III 2 Macrobio Sat. I 3 constat. Eadem quoque de causa idem de altero capite fortasse potest iudicari. De tertio autem capite res dubia est, certum uero iudicium fieri potest de quarto, de mensibus enim Suetonium scripsisse Censorinus 20 tradit, et in notatione mensium Varronis et Fuluii sententiae non nominatis auctoribus adferuntur*), porro quae de obscuro Cingo Sabinorum rege dicit a nullo alio scriptore traduntur, denique calendarum iduum nonarum ueriloquia etsi peruersa sunt tamen Suetonio indigna non esse censeo, cum eius generis ridicula multa iam Varro exhibuerit. Denique quae capite VI de anno narrat Isidorus Suetonio tribuo, cum pars ad Varronem possit referri, pars ut quae de eclipsi uelut anno naturali et de anno magno Metonis**) narrat, ita noua sit ut Grialii suspitionem mouerit. Capite autem septimo Isidorus a Suetonio abscessisse atque ad patres ecclesiasticos et Hygini scholiastaeque Germanici enchiridia se conuertisse uidetur, dum capite XXXVII iterum ad Tranquillum refugit.

Denique etiam poetarum auctoritate Isidorus nisus est, nam ut uersus quos confirmandae sententiae causa exscripsit omittam, duos Lucretium et Virgilium auctorum quoque loco habuit. Lucretii enim sententias XXX 4 adlato nomine sic posuit: 'Lucretius autem dicit fulmina ex minutis seminibus constare' eumque eiusdem capitis paragrapho prima 'naturalium scrutatoribus causarum' uidetur significare; praeterea capita XXX 2 et XXXVI 1 ex illo poeta fluxerunt. Quibus locis equidem caput XLIII adnumerari posse, quae fuit Grialii sententia, nego cum ipse coactus sit concedere Isidorum uerba Lucretii, quibus libenter uti soleret, hoc loco dedita opera fugisse uideri. Virgilii denique sententiam capite XXXVIII 4 attulit, ex quo si nihil aliud discimus, tamen ueram esse Heynii coniecturam in Georgicon I 441 'medioue refugerit orbe' suspicantis edocemur.

Qua autem sacrae scripturae uersione scriptor usus sit quaestionem cum non ad hunc libellum sed ad omnes eius libros pertineat, aliis relinquam decernendam satis esse ducens Areuali uerba tom. VII p. 494 hic adponere: 'In indice sacrae scripturae prae oculis

---

*) cf. Censorinus 22.

**) cf. Censorinus 18.

habendum Isidorum saepe uersioni uulgatae adhaerere, interdum uersionem antiquam sequi, nonnumquam sensum, non ipsa uerba bibliorum exprimere, aliquando etiam unum pro altero scriptorem sacrum nominasse.'

Haec de fontibus dicenda putaui; quibus Origines non possunt adnumerari, cum imperfectas eas reliquerit et Braulio*) in uiginti libros diviserit. Quas in Origines e libro de natura rerum quae notatu digna habuit saepissime transtulit, nonnusquam aliorum quoque sententiis additis, raro neglecto hoc libro prorsus diversa docens.

Qua autem auctoritate posteris hic liber fuerit, non meum est diligentius quaerere; Bedam quidem uenerabilem multa ex hoc libro hausisse satis notum est, sed etiam ex hoc libro excerpta glossariis inserta esse uno luculentoque exemplo demonstrabo. In Hildebrandii enim glossario p. 288 n. 15 haec extat glossa: 'uaga, inbreuia.' Quae quid sibi uelint etsi se non capere profitetur editor tamen corrigit: 'uaga, erratica (aut incerta).' Immo conparanda sunt haec Isidori uerba XLIIII 3: 'uada, quibus in mari potest stari, quae Virgilius breuia appellat' et adferendum plerisque in libris non 'uada' sed 'uaga' scriptum esse. Sic summa rei iam intellegitur, utrum autem in in lateat ui (id est Virgilius) an id̄, incertum relinquo. Ex hoc autem libro non ex Suetonio ipso hanc glossam fluxisse ipsa corruptela demonstratur; quae res etiam aliis exemplis probari potest. Apud eundem enim p. 42 n. 16 legitur: 'caelus, sphera polus', cuius rei explicandae causa non ad Lucretium refugiendum est sed iterum ad Isidori uerba XII 4: 'hunc *(sc. caelum)* autem rotundum atque uolubilem et ardentem esse dixerunt.' Sic etiam in gloss. Amplon. p. 277 n. 123 eadem extant atque in Isidori XXVI 5, etiam corrupta uerba 'nauigare noscuntur'.

Sed hanc rem paucis tantum significare uolui, nunc ad alteram huius commentationis partem transeo, in qua de libris manu scriptis agam. De multis enim libris clarissimorum uirorum beneficio ut paulo accuratiorem notitiam haberem mihi contigit. Primum enim duos codices Bambergenses summae Ottonis Iahnii beneuolentiae debeo, qui mea gratia a uiro clarissimo Michaele Stengleinio philosophiae doctore, regiae bibliothecae Bambergensis summo praeside, cuius eximiam liberalitatem multi iam experti sunt, facile inpretavit ut codices illos Bonnam mitteret. Quorum prior H. I. IV 17, cui Iaeckius nu-

---

*) Vide Areuali Isidoriana I 3.

merum 786 dedit, ego notam *A*, saeculo VIIII scriptus quadraginta quinque foliis constat, quaternionibus sex; quorum quartus quaternio sex tantum foliis constat, unum enim folium inter fol. 28 et 29 excidit, octauum omnino non uidetur extitisse. Isidori librum prima quadraginta tria folia conplectuntur, secuntur relicuis 'partes philosophiae' schemate inlustratae. Conscriptus est codex literis minusculis atramentoque nigro, a quo atramentum in rubrum desinens secundaeque manui proprium ualde differt. Singulorum capitum tituli literis maiusculis picti sunt, capitum autem numeri non additi. Hunc librum totum descripsi. Cur autem pro fundamento ponendus sit, infra dicam.

Alter autem liber H. I. IV. 15 n. 787 Iaeckii *(B)*, quem saeculo octauo scriptum esse ferunt, centum et tribus foliis hos continet libros:

fol. 1—34 Cassiodori de institutione diuinarum literarum.
fol. 35—67 Cassiodori de artibus ac disciplinis liberarum literarum.
fol. 67—75 Malli Theodori lib. de metris.
fol. 75—83 Incerti scriptoris*) rat. de cursu stellarum.
fol. 83—103 Isidori lib. de natura rerum, cuius cum capite XLVII omissis relicuis coniungitur carmen, quod apud Areualum VII p. 183 sq. extat.

Scripturae huius codicis quam Longobardicam dicunt imaginem Frid. Haasius programmati suo addidit. Singulorum autem capitum numeri et tituli maiusculis scripti ceteris uerbis inmixti sunt. Priora nouem capita Adolphus Kiesslingius meus, relicua ipse cum descriptione alterius codicis contuli.

Hos libros totos perscrutatus sum, relicuorum singulis tantum de locis notitiam percepi. Cum enim C. L. Rothium Suetonii gratia septem libros Basilienses et Bernenses excussisse ex Ritschelio audiuissem, ipse hortante et intercedente Ritschelio clarissimum uirum precibus adii ut quae de hoc libro haberet notata mihi meum in usum concederet. Is autem uir doctissimus liberalitate, qua uix maiorem inuenies, non solum quod ad Tranquillum attinet trium Basiliensium et quattuor Bernensium librorum scripturam statim mihi misit, sed benignissime mea gratia se quaecumque uellem e Basiliensibus libris

---

*) Quem Gregorium Turonensem episcopum esse Frid. Haasius in programmate Vratislaviae anno CIƆIƆCCCLIII edito demonstrauit.

exscripturum promisit. Quo promisso mihi gratissimo motus celeberrimum uirum de singulis locis multis atque de I 3 et XXVI 3—9, ubi alter meorum librorum deficit, et XXXVIII de uno alteroue libro consului. Sed ille uir qua est comitate non unum tantum sed tres omnibus de locis euoluit et scripturam ab Areuali editione discrepantem tam accurate mecum conmunicauit, ut de nullo loco mihi dubitatio relicta sit. Sunt igitur libri hi:

Codex Basiliensis F III 15[a] olim Faeschianus *(C)**), quem codicem uulgo saeculo VIIII adscriptum a monacho Britannico in Suebia octauo saeculo scriptum esse Hoffmannus qui Fallerslebeni natus est et Wilhelmus Wackernagel contendunt. Continet autem praeter Isidorum Germanica quaedam. Descriptus est hic liber ex exemplo ualde lacero, nam incipit XV 3 'scriptum est', deficiunt rursus uerba XVIIII 2 'mira quadam prouidentiae' usque ad 'ut interuallo longe' XXII 2. Itaque factum est, ut titulo omnino careat.

Codex Basiliensis F III 15[f] olim Faeschianus *(D)* saeculi VIIII aeque titulum nullum habet, sed incipit a uerbis 'dilecto filio Sisebuto.'

Codex Basiliensis F III 15[k] olim Faeschianus *(E)* initio haec habet: 'Incipit prefatio Isidori. Domino et filio Sesebuto,' sed columnis quae dicuntur hic praefixus est titulus: 'Rot̄. ysiđ.'

Codex Bernensis 224 *(F)* cf. Sinner**) p. 489 saeculi X.

Codex Bernensis 249 *(G)* cf. Sinner p. 489 saeculi X.

Codex Bernensis 417 *(H)* cf. Sinner p. 351 saeculi VIIII.

Codex Bernensis 219[b] *(K)*.

Bruxellani *(L)* denique notitiam habui Freudenbergii uiri docti gratia. Cum enim Laurentius Lerschius de duobus huius libri Bruxellanis codicibus in diario antiquitatum a. 1841 p. 368 ita disseruisset, ut totum librum ab illo descriptum esse suspicari possis, equidem a Freudenbergio qui Lerschii thesauros pientissime seruat facile inpetraui ut quae habuit mihi concederet. Sed spes ad inritum cecidit, nam eos tantum locos quorum mentionem in diario fecerat excussos inueni. Significatur autem hic codex numero 9313 et multos alios Isidori aliorumque libros continet; memoratu autem dignus est

---

*) Eodem ordine quo Rothius eos enumero; Rothii igitur *ABCDEFG* sunt mei *CDEFGHK*.

**) Quem librum inspicere mihi non licuit.

titulus: 'de natura re[r]num' De altero autem libro 5451 tantum scimus caput XLIIII ei deesse.

Denique de duobus Monacensibus libris Halmii uiri clarissimi gratia certior factus sum:

Codex Monacensis 14300 *(Mon. II)* saeculo X scriptus titulum 'de natura rerum' a secunda tantum manu praebet.

Codex Monacensis 16128 *(Mon. I)* saeculi VIIII inscriptionem habet: 'de astronomia.' Vterque autem liber caput XLIIII omittit, utriusque scripturam tantum in XXXVII 5 noui.

Omnes autem hi libri duas in classes distribui possunt, quarum in priore sunt *ACDL* in altera *BEFGHK Mon. I. II* et *Ouet.* saeculi VII uel VIII Grialii*). Qua in re discernenda maximi est momenti caput XLIIII quod in *ACDL* et *Albanio Lucensique* et multis *Vaticanis* Areuali inuenitur, relicuis omnibus omissum est. Similis quoque sed non prorsus eadem res est de capite XLVIII, quod *BE* aliis deest, sed in *Ouetensi* extat. Sic etiam I 3 uerba 'Mystice quoque' et q. s. quae etiam Areualus scriptoris uerbis non inseruit in *AD* extare, in *BE* non extare scio, num in relicuis nescio. Sed etiam singulis duarum classium partitio probari potest; quam rem sic instituam ut eos locos adferam, quorum maxime Rothii benificio certior factus sum.

XI 2. iugales *AD Areu.*	iugabiles *BE Ouet.***).
XXIIII 2. intellectum *A* intellectum [l'] sacramen[tū] *C* intellectum sacramentum *D*	sacramentum *BE* sensum *Areu.*
XXXVIII 2 densitate obducta dum sol *ACD*	densitate densitate obducta sol *E Areu.* densitate obducta sol *B*
XXXVIII 2. tempestas futura erit (est *D*) et cum auster uentus flauerit aestus erit (aestas futura erit *A*) *ACD*	tempestas futura est *BE Areu.*
5. in euangelio dicit si facto *ACD*	in euangelio si facto inquit *BE Areu.*
XL 1. quidam autem (autem *om. CD*) philosophorum uolunt ait ambrosius cum augmento *ACD*	quidam autem uolunt cum augmento *BE Areu.*
XLV 1. sustinere (sustentari *C*) et esse in modum (mundum *A*) spongiae atque in medio (meridiae *A*) aeris mole *ACD*	sustineri (sustinere *B*) et quasi spongiam (in medio aeris *add. B*) mole *BE Areu.*

---

*) Grialii editionem tantum ex Areuali obseruationibus noui.

**) Errores librariorum neglexi uulgares.

His iam sub oculis positum est, quanta similitudo intercedat inter *A C D* quantaque diuersitas a *B E*. Non autem negandum est etiam *A C D* inter se discrepare neque usquam unum alterumue librum propius ad alteram classem accedere; attamen summum discrimen non tollitur. Omnes autem *A* et *B* discrepantias adferre longum est; Areualus autem arbitrio suo modo unam modo alteram classem esse secutus uidetur, nonnusquam tamen ab omnibus libris maxime discrepat; ut uno exemplo defungar, XXXVII 5 Areualus scribit: 'proprios locorum flatus propriis appellat nominibus', cum certis in libris scriptum sit.

Quae cum ita sint, utram classem in recensendo Isidoro sequi debeamus quaerendum est. In Isidoro enim res paulo aliter se habet atque in antiquis scriptoribus. Ei enim libri qui communi usui inseruierunt ut Isidori Origines et de natura rerum liber, Hygini Fabulae et Astronomia ab unoquoque lectore retractati et conmutati sunt, sic de singulis libri summo opere inter se discrepant, maxime de coniunctionibus et de uerbis 'ait' 'dicit'. Itaque cum in singulis locis quae scriptura praeferenda sit ratiocinando omnino discerni non possit, unus liber eligendus est, a quo nisi necessitate quadam cogente non recedatur; quam auctoritatem cur *A* libro tribuendam esse censuerim, nunc dicam.

Vtra enim classis librorum praeferenda sit, dubium uix esse potest, cum prior classis Isidori uerba ita pleniora praebeat, ut quibus altera classis careat, ab interpolatore quodam addita esse serio nemo contendat. Singulis quoque *A* integriorem praebet Isidori manum, ut III 3 in *A* scriptum est 'quae septimo caelo locata', in *B* et omnibus Grialii libris 'sexto'. Sic etiam in eis locis quos supra enumeraui prioris classis scriptura praeferenda est. Altera autem parte negari non potest nonnusquam et *B* uera habere, ut III 1 'feria autem a fando dicta quasi faria' ubi fari *A* et Areualus praebent, atque omnino *A* pauca quae in *B* extent recte, multa falso omisisse, pauca male addidisse. Sed cum eadem in altera quoque classi reprehendi possint, non uereor ut iure priorem classem ducem elegisse uidear. Quo autem modo factum sit, ut tot capita alteri classi deessent, paucis explicandum est. Iecit quidem magis quam probauit Iosephus Regentius p. 34 haec: 'Quod totum hoc caput cum in aliis manu exaratis exemplaribus tum in cod. Bamberg. desideratur neque in indice capitum fit eius mentio post praefationem hic interposito, ita haud dubie est explican-

dum, ut Isidorum addidisse id dicamus, postquam alius quis libellum iam descripsit.' Cui sententiae ueri aliquid inesse intelleges, si Braulionis uerba in quarta ad Isidorum epistula (p. 9 Etymol. ed. Ott.) confers: 'Ergo et hoc notesco, libros Etymologiarum, quos a te domino meo posco, etsi detruncatos corrososque iam a multis haberi sciamus, ut eos mihi transscriptos integros emendatos et bene coaptatos dignemini mittere, ne raptus auiditate in peruersum cogar uitia pro uirtutibus ab aliis sumi.'

Sed ut ad propositum reuertar, praestantiorem esse *A* quam *C D* nunc mihi demonstrandum est. Cuius rei cardo uertitur in uerbis XXXVIII 1 'tranquillus in partes non libertis', quae si recte a me emendata sunt certo certius summam eius codicis praestantiam significant, cum in relicuis omnibus tantum 'tranquillus in pratis' (uel 'partis' uel 'partes' uel 'partibus') extet. Sed cum de hac re dubitari posse non nesciam, alia argumenta adferam.

IIII 4 'sed ianuarium romani februarium numa pompilius addidit' in *A E* et Areualo scriptum est, *D* contra (nam *C* initio caret) haec habet: 'sed ianuarium romani addiderunt februarium numa pompilius addidit' et *B*: 'sed ianuarium romani dixerunt februarium n. p. a'. Corrupta esse uerba nemo negabit, equidem paulo uiolentiore conmutatione sic scribendum duco: 'Sed Romanis Ianuarium [et] Februarium Numa Pompilius addidit'. Quidquid autem scribatur, 'addiderunt' quod *D* habet non ab Isidoro profectum esse certum est, de 'dixerunt' uerbo fortasse dubitare licet, sed id alteri classi debetur, quade iam iudicium fecimus. Maioris autem momenti est, quod XII 6 *A* solus uerba quae glossematis speciem prae se ferunt omittit: 'Fertur enim eius praeceps uolubilitas cursu siderum temperari'. Denique ut etiam de *C* aliquid demonstretur, XXIIII 2 *C D* perperam 'sacramentum' addunt uerbo 'intellectum'. Accedit autem, quod cum in fine totius libri in *A* et *C* circulus pictus sit, cuius superior pars tota Asiae, inferioris dimidia Europae, dimidia Africae tribuitur, in *C* nomina tantum extant, in *A* autem de nominum origine pauca adscripta sunt; quae alia esse uidentur atque quae Grialius teste Areualo in Isidorianis 77, 5 in Ouetensi codice 'de Asia et partibus eius' inuenit, quae caput 3 et 4 et 5 libri XIIII Etymologiarum esse dixit.

His singularem auctoritatem quam *A* libro tribui, quantum copiis meis adsequi potui, defendere conatus addam tantum *A* ex altero libro Bambergensi *B* correctum esse, quod exemplis probare fa-

cile supersedeo. Id tantum demonstrandum est correctum esse *A*, priusquam *B* emendatricem manum expertus sit. Nam IIII 6 cum uerum legeretur in *A*[1]: mensium principia colebantur', in *B*[1] autem scriptum esset: 'mensuum nomina principia colebantur', addidit manus altera libri *A* uerbum 'nomina', quod in *B* altera manus lineolis inductis sustulit.

ISIDORI HISPALENSIS

DE NATVRA RERVM LIBER

INDEX LIBRORVM

A Bambergensis H. I. IV 17 (786 Iaeck.) saeculi VIIII.
B Bambergensis H. I. IV 15 (787 Iaeck.) saeculi VIII.
C Basiliensis F III 15^a saeculi VIII uel VIIII.
D Basiliensis F III 15^f saeculi VIIII.
E Basiliensis F III 15^k saeculi VIIII.

Horum trium scripturae certior factus sum praeter singula de pag. 49, 1 — 52, 4; pag. 63, 8 — 66, 14; pag. 72, 10 — 74, 10 et praeterea *D* libri de pag. 5, 1 — 6, 19.

F Bernensis 224 saeculi X.
G Bernensis 249 saeculi X.
H Bernensis 417 saeculi VIIII.
K Bernensis 219^b

Bernensium codicum scripturam cognoui pag. 63, 8 — 13 et pag. 64, 4 — 65, 1.

L Bruxellanus 9313, cuius scriptura mihi praesto fuit pag. 26, 8 — 14; pag. 55, 9 — 56, 2; pag. 64, 4 — 65, 5; pag. 66, 6 — 11.

O Bodleianus, ex quo Gronouius excerpsit pag. 25, 5 — 9; pag. 72, 10 — 74, 10.

Mon. I saeculi VIIII et *II* saeculi X, quorum scripturam noui pag. 63, 8 — 13.

De *A* et *B* ex silentio meo ita concludi nolo, ut si de primae manus (A^1 B^1) scriptura aliquid testor et de secunda taceo, secundae manus scripturam in continuatione uerborum extare concludatur, nisi quod *ae* et *ę* et *e* atque *ci* et *ti* conmutationes neglexi. E relicuis leuiora sciens omisi, cum partem plagulis prelo madidis addiderim. Quae in discrepantia scripturae *inclinatis* literis extant, a secunda manu in rasura scripta sunt.

DOMINO ET FILIO CARISSIMO SISEBVTO ISIDORVS.

1. Dum te praestantem ingenio facundiaque ac uario flore litterarum non nesciam, inpendis tamen amplius curam et quaedam ex rerum natura uel causis a me tibi efflagitas suffraganda. Ego autem satisfacere studeo animoque tuo decursis priorum monumentis non demoror expedire aliqua ex parte rationem dierum ac mensium, anni quoque metas et temporum uicissitudines naturam etiam elimentorum, solis denique ac lunae cursus et quorundam causas astrorum, tempestatum scilicet signa adque uentorum nec non et terrae positionem alternosque maris aestus. 2. Quae omnia secundum id quod a ueteribus uiris ac maxime sicut in litteris catholicorum uirorum scripta sunt, proferentes breui tabella notamus. Neque enim earum rerum naturam noscere superstitiosae scientiae est, si tantum sana sobriaque

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE.

incipit liber de astra caeli s̄ci hisidori spalensis episcopi incipit ptiplus *A* et filio kmo *B* filio fratri A^1 filio et fratri A^2 sisibuto *B* hysidorus *A* ysidorus ep̄s *B* 1. prestante B^1 prestanti B^2 •facundiaque *B* plore *B* 2. inpendisti *A* 3. naturalium uel *B deleto* uel *m.* 2. eflagitas B^1 suffraganda *B* factisfacere *B* 4. studio *B* animque B^1 decursa B^1 monimentis *A* momenta B^1 studio animoque tuo decursa priorum monumenta non demoror expediens *Areual.* 5. die•rum *B* mensuum B^1 6. uicissitudinem *B* elementorum B^2 *A* 7. hac B^1 causis *A* 8. atque B^2 possitionem *B* 9. alternos quoque *Areu.* aestos B^1 id *om.* *B* *Areu.* quod] quod didicimus que• *A* 10. libris *B* 11. brebi B^1 tabella• *B* notavimus *Areu.* earum] fas *B* 12. nossere B^1 n̄ nosse B^2 superstudione *B* superstitiosa scientia *Areu.* est *om.* *B*

doctrina considerentur. Quin immo si ab inuestigatione ueri modis omnibus procul abessent, nequaquam rex ille sapiens diceret: ‘Ipse mihi dedit horum quae sunt scientiam ueram, ut sciam dispositionem caeli et uirtutes elimentorum, conuersionum mutationes et diuisiones temporum, annorum cursus et stellarum dispositiones.’ 3. Quapropter incipientes a die cuius paene prima procreatio in ordine rerum uisibilium extat, dehinc cetera de quibus opinari quosdam gentiles uel ecclesiasticos uiros nouimus, persequamur eorum in quibusdam causis et sensus et uerba ponentes, ut ipsorum auctoritas dictorum fidem efficiat.

1. uiri B^1 2. habessent *B* *lib. sapient* 7, 17 *sq.* 3. dedit mihi horum *Vulg.* et ut *B* 4. caeli] orbis terrarum *Vulg.* conuersuonem A^1 conuersionem A^2 *B* mutaciones *A* mutacionis *B* diuisionem *B* initium et consummationem et medietatem temporum, uicissitudinum permutationes et commutationes temporum *Vulg.* 5. anni *Vulg.* disposiōnes *A* 6. paene *om. Areu.* procreatio est *B* 7. extant *A* existet *B* de *om.* *A B* 8. nobimus B^1 prosequamur *Areu.* 9. ponentis *B* explicit prefatio incipiunt capitula *A B* 12. noctib; B^2 13. ebdomada *A* B^2 ebdomata B^1 15. mensuum *A* B^1 16. VI de temporibus. VII de solistiis VIII de annis *B* 18. solesticia *A* 21. $\overline{\text{IIII}}$ *addid.* B^2 *sed erasit iterum* 22. caelo et eius numero *B* 23. planitris *B* 26. quantitati B^1 et lunae *addit* *B* 27. solu A^1 cursum B^1

2. cursum B^1 3. clipsin *A* ellipsin B^1 eclipsis B^2 4. clipsin *A* eclipsin B^1 eclipsis B^2 6. possitione *A* positionē *B* 7. lune *A* 10. de utrum *A B* sydera B^2 habent *A* hababeant B^1 13. fluminibus B^1 15. nibibus *A* nuuibus B^1 21. tempesta*tu* B^1 uel sernitatum *addit* B^2 23. oceano *B* aestu *om. B* 24. cur] de *A* 25. cur] de *A* 26. nilo *om. A* 27. XLIIII de nom. maris et fl. *om. B* 28. XLV] XLIII *B* possitio$\overset{e}{n}$ *B* 29. XLIIII *B*

I. DE DIEBVS.

1. Dies est solis orientis praesentia, quousque ad occasum perueniat. Dies gemine appellari solet: proprie a solis exortu, donec rursus oriatur, abusiue a solis ortu, usquequo ueniat ad occasum. Spatia diei duo sunt interdianum et nocturnum, et est dies horarum XXIIII, spatium autem horarum XII. 2. Partes abusiue diei tres sunt: mane meridies et suprema. Initia diei alii a solis ortu putant, alii ab occcasu, alii a media nocte. Nam Chaldaei a solis exortu diei initium faciunt totum id spatium unum diem appellantes. Aegyptii autem ex initio noctis sequentis diei originem trahunt. Romani autem a medio noctis oriri diem uolunt et in medio noctis finiri. 3. Dies autem in principio operum dei a lumine habebat exordium ad significandum hominis lapsum. Nunc autem a tenebris ad lucem, ut non dies obscuretur in noctem, sed nox lucescat in diem, sicut scriptum est 'de tenebris lumen clarescere', quia delictorum tenebris liberatus homo ad lucem fidei

1. XLV *B* &hna *A* &huna *B* 2. expl. capitula *B* XLVIII de *addit A* 3. I] capitum numeros *om. A* de diebus id est de solis B^1 4. potentia B^1 5. apellari *B* exortu] ortum B^1 ortu B^2 6. ueni& B^1 hoccasum A^1 spacia *A* 7. interdianum *Grialii et Areuali libri? et Isid. Origg. V* 30, 2] inter diurnum *A B* orarum *A* B^1 8. spacium *A et sic semper* autem *om.* A^1 orarum *A* diei] spatia diei *B* 9. meridie B^1 supprema *A* supreme B^1 suppremū B^2 inicia *A et sic semper* initiū *B* 10. a *om.* B^1 faciunt id est B^1 11. id *om.* B^1 appellantum *A* 12. sequentes *A* tradunt *A B* a medio] media *A* 13. die B^1 medium *A B* feniri B^1 14. dī *A B* 16. inluce^{s}cat *B* die B^1 *epist. ad Cor. II* 4, 6 lucem splendescere *Vulg.* (lumen *cod. F al.*) 17. clariscere *A* B^1 quia^{a} *B* luce B^1

I, 1. Isid. Origg. V 30, 1. 2: Dies est praesentia solis siue sol supra terras sicut nox sol sub terris. Vt enim dies aut nox sit, causa est aut supra terram sol aut sub terris. Dies legitimus XXIIII horarum usque dum dies et nox spatia sui cursus ab oriente usque ad alium orientalem solem caeli uolubitate concludat. Abusiue autem dies unus est spatium ab oriente sole usque ad occidentem. Sunt autem diei spatia duo, interdianum atque nocturnum, et est dies quidem horarum XXIIII, spatium autem horarum XII.

3. August. Quaest. euang. I 7: In genesi enim et lumine incipit dies et finit ad tenebras ad significandum lapsum hominis. Nunc autem a tenebris ad lucem, sicut dictum est, 'de tenebris lumen clarescere', quia a peccatis homo

scientiaeque peruenit. Mystice quoque dies imaginem legis portat. Sicut enim diei claritas obscura tenebrarum inluminat, ita et lex uiam uitae demonstrans depellit tenebras errorum, lucem declarat uirtutum et iniquorum peccata arguens bonos ad meliora perducit.

Festi autem dies in ueteri lege isti sunt: 'Dies azymorum phase quarta decima dies mensis primi est, quando luna plenissima abiecto fermento agnus immolabatur. Dies pentecostes est, in quo in uertice montis Sina lex data est Moysi, in qua de frugibus primi panes offerebantur propositionis. Dies sabbatorum est, in quo otia celebrantur in lege et in quo manna in deserto non licebat colligere. Dies neomeniarum est celebratio nouae lunae, semper enim Iudaei in mensium principio, hoc est prima luna diem festum agebant: sed idcirco in principio mensis hoc faciebant, quia deficiente luna tempus finitur et iterum nascente incipitur. Dies tubarum septimi mensis principium est, quando Iudaei solemnitatem agentes amplius tuba canebant et

1. scientiae B^1 perueniat *B* *desunt uerba a* mystice quoque *usque ad (p.* 6, 19*)* scripsit *in B E et mult. Areu. libr.* 3. depellat *D* 5. azemorum phasse *D* 6. quatta *A* die *A* 7. pentecosten *A* est *om. D* in *om. D* 9. prapositionis *A* ocio *A* 10. collegere A^1 neomeniorum *A D* 11. est *om. A D* • celebracio A^1 enim] autem *D* 12. principia *A* 14. nascente luna *Areu.* dies autem *D* principio *Areu.*

liberatus peruenit ad lumen iustitiae. Hieronym. Comm. in Zach. I 1. p. 779 *Vall.* (p. 1419 *Migne*): Prima festiuitas est azymorum phase, quod apud nos Graeco Latinoque sermone pascha dicitur. Secunda pentecostes post septem hebdomadas, in qua panes propositionis de nouis primum frugibus offeruntur. Tertia in mense septimo tubarum propitiationis et tabernaculorum, id est *σκηνοπηγίας,* cuius extrema dies egressionis appellatur et terminus. II 8. p. 852 (1475): Ieiunium quarti mensis, qui apud Latinos uocatur Iulius, die septima et decima eiusdem mensis illud arbitrantur, quando descendens Moyses de monte Sina tabulas legis abiecerit atque confregerit et iuxta Ieremiam muri primum rupti sunt ciuitatis. In quinto mense, qui apud Latinos appellatur Augustus, cum propter exploratores terrae sanctae seditio orta esset in populo, iussi sunt montem non ascendere, sed per quadraginta annos longis ad terram sanctam circuire dispendiis, ut exceptis duobus Caleb et Iosue omnes in solitudine caderent. In hoc mense et a Nabuchodonosor et multa post saecula a Tito (et) Vespasiano templum Ierusolymis incensum est atque destructum, capta urbs Bether, ad quam multa milia confugerant Iudaeorum, aratum templum in ignominiam gentis oppressae a Turannio Rufo. In septimo uero, qui apud nos appellatur October, — sicut supra diximus — occisus est Godolias et Iudae tribus ac Ierusalem reliquiae dissipatae. Legamus Ieremiam. Mense decimo, qui apud nos Ianuarius dicitur eo quod ianua anni sit atque principium, Ezechiel in captiuitate positus audiuit et cunctus populus captiuorum quinto mense templum esse subuersum, quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne quod dicitur: dies planctus et ieiuniorum quos hactenus habuistis in luctum, sciatis nobis quia

plurima offerebant sacrificia quam per singulos menses. Dies scenopegiae est mense septimo, quinta decima die mensis, in quo tabernaculorum solempnitatem ueteres celebrabant: scenopegia enim tabernacula interpretantur. Dies ieiunii quarti in mense Iulio est septima decima die mensis eiusdem, quando descendens Moyses de monte tabulas legis confregit. In eo etiam die et Nabuchodonosor urbis Hierusalem primum muros destruxit. Dies ieiunii quinti in mense Augusto est quando pro speculatoribus ad terram sanctam missis seditio in castris Ebraeorum exorta est et factum est, ut per desertum quadraginta annis laboriose discurrerent et in eremo omnes perirent. Siquidem et in eodem mense a Nabuchodonosor et multo post tempore a Caesare Tito templum euersum est atque succensum et in opprobrium perditae gentis exaratum. Dies ieiunii septimi in mense septimo est, qui appellatur October, in quo occisus est Godolias, et reliqui, qui erant in Hierusalem interfecti sunt iuxta quod loquitur Ieremias. Dies ieiunii decimi est in mense decimo, qui apud nos Ianuarius uocatur, quando agnouerunt cuncti in Babylone captiui quinto mense templum fuisse destructum et fecerunt planctum adque ieiunium. Haec beatissimus Hieronymus in commentariis Zachariae scripsit. Prophetice autem dies scientiam diuinae legis significat, nox uero ignorantiae caecitatem secundum Osee prophetam, qui dicit: 'Nocti adsimilaui matrem tuam, factus est populus meus tamquam non habens scientiam'. Item nonnumquam dies prosperitatem significat saeculi, nox uero aduersitatem.

4. Fasti dies sunt quibus ius fatur — id est dicitur — ut nefasti

1. scaenophegiae *A* scenopigiae *D* 3. scaenophegia *A* scenopigia *D* enim] autem *D* 4. septima] quarta *libri Areuali.* 5. discendens *A D* 7. distruxit *A* ieiunium *A* agusto *A D* 8. scām *A* missis] remeantibus *Areu.* in castris est orta *Areu.* 10. heremo *A* annis XL in herimo *D* 11. nabachodonosor *A* 12. successum *A* obprobrium *A* 13. ieninii *A*[1] septimber *D* 15. hyeremias *A* 16. in *om. A* Ianuarius *A al. lacuna D* December *Areu. sed cf. Ideler (Handb. d. Chronol.) I p.* 559 17. quarto *D Areu.* distructum *A* 18. plactum *A* hyeronim̄ *A* *Hieron. Comm. in Zach. I* 1 *et II* 8 20. significant *B*[1] 21. prophetae *B*[1] *Os.* 4, 5 nocte *B*[1] noctē *B*[2] 24. festi *A* in quibus *B* ut *om. B*

cogitaui ut benefaciam Ierusalem et domui Iuda in laetitiam et gaudium et solemnitates esse uertendos.

4. Priscian. p. 793. P. (p. 387 H.): Suetonius in VIII Pratorum: (pae. torum *Halb.* prae . orum *Carol.* praetorum *uulgo*) 'fasti dies sunt, quibus ius fatur, id est dicitur ut nefasti quibus non dicitur. Papias p. 47: dies fasti dicuntur, quibus ius fatur, ne-

quibus non dicitur. Feriati dies, in quibus res diuina fit et abstinere homines a litibus oportet. Profesti dies festis contrarii, id est sine religione; festi tantundem otii et religionis sunt. Atri dies sunt qui et communes uocantur. Siderales, in quibus sidera mouentur et homines a nauigationibus excluduntur. Iusti continui XXX sunt. Praeliares dies sunt quibus fas est hostem bello lacessere, de quibus liber testatur regum dicens: 'Eo tempore quo solent reges ad bella procedere'. 5. Intercalares dies sunt quinque, qui iuxta Aegyptios supersunt duodecim mensibus, et incipiunt a nono kalendas Septembris et quinto kalendarum memoratarum finiuntur. Dies epactarum sunt XI, qui per singulos annos ad cursum lunarem adcrescunt, nam dum in annum XII lunae CCCLIIII dies habeant, remanent ad cursum anni solarem dies XI, quos epactas Aegyptii uocauerunt, pro eo quod ad inueniendam lunam per totum annum adiciantur. Solstitiales dies sunt, in quibus

1. dicatur *B*¹ fereati *B*¹ abstenere *A*¹ 2. profasti *B*² dies *om. B* festi *B*¹ contraria *A* relegione *A*¹ 3. festinante undē & *B*¹ festi tantundē otii & *B*² ocii *A* relegionis *A*¹ 4. sider.. *B*¹ 5. nauicationibus *B*¹ nauigacionibus *A*¹ excluduntur] excluduntur quinto decimo die de Ianuario et quinto decimo die de Februario *al.* isti *A B* dies sunt] in *B* 6. in bello *B* lacere *A*¹ lasescere *A*² laciscere *B*¹ regnum *A* *lib. reg. II* 11, 1 7. solent *om. A* sol . ent procedere *A* 8. XII *A*¹ XIII *A*² 9. aVIIII *A*¹ anno *A*² KL *A* kalendis *B*² in quinto *A*² *B* 10. finiunt *Areu.* epactorum *B*¹ 11. cursus *A*¹ ..crescunt *B*¹ 12. habent *B* solares *A* solaris *B* 13. ad *om. B*¹ inuenienda luna *B*¹ 14. aditiuntur *B*¹ solsticiales *A*

fasti quibus non fatur. Is. Origg. VI 18, 1: Quibus contrarii sunt fasti, in quibus ius fatur, id est dicitur. Isid. Origg. V 30, 12: Festos dies hominum causa institutos, feriatos autem diuinorum sacrorum. Paulus p. 228: Profesti dies procul a religione numinis diuini. Festus p. 229: Profesti dies di — *cti, quod sint procul a religione numinis* diuini. Macrob. Sat. I 16, 21: Dies autem postriduanos ad omnia maiores nostri cauendos putarunt, quos etiam atros uelut infausta appellatione damnarunt; eosdem tamen nonnulli communes uelut ad emendationem nominis uocitauerunt. Macrob. Sat. I 16, 15: Praeliares ab iustis non segregauerim, siquidem iusti sunt continui triginta dies quibus exercitui imperato uexillum russi coloris in arce positum est, praeliares autem omnes quibus fas est res repetere uel hostem lacessere. Paulus p. 103: Iusti dies dicebantur triginta, quum exercitus esset imperatus et uexillum in arce positum. Paulus p. 226: Praeliares dies appellantur, quibus fas est hostem bello lacessere. Erant enim quaedam feriae publicae, quibus nefas fuit id facere.

5. Isid. Origg. VI 17, 29: Epactas Graeci uocant, Latini adiectiones annuas lunares, quae per undenarium numerum in se reuoluuntur usque ad tricenarium. Quas ideo Aegyptii adiciunt, ut lunaris emensio rationi solis aequetur.

sol stat crescenti spatio dierum uel noctium. Aequinoctiales dies sunt, in quibus dies et nox aequalibus horarum spatiis euoluuntur.

II. DE NOCTE.

1. Nox est solis absentia, quamdiu ab occasu rursum ad exortum recurrat. Noctem autem fieri dicimus umbra terrarum, quam datam ad quietem corporis credimus, non ad alicuius operis officium. Duobus autem modis nox in scripturis sanctis accipitur, id est aut tribulatio persecutionis aut obscuritas caeci cordis. Nox a nocendo dicta eo quod oculis noceat. 2. Noctis autem partes sunt septem: crepusculum, uesperum, conticinium, intempestum, gallicinium, crepusculum matutinum**. Crepusculum id est creperum, quod dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras. Vesperum oriente stella, cui hoc nomen est. 3. Conticinium, quando omnes silent; conticescere enim silere est. Intempesta id est inportuna, quando agi nihil potest et omnia quieta

1. crescenti] in maiore latitudine quam habere possit crescente *al.* 2. orarum *A om.* B^1 reuoluuntur *B* 4. rursus *B* ortum *B* 5. recurrit *Areu.* dicimus] uel *B delet m.* 2. 7. scīs *A om. B et Areu.* 9. eo quod *A Isid. Origg. V* 31, 1. quod *B Areu.* autem *om. B Areu. Isid. l. l.* 10. uespertinum *A* conticinium *B* 11. crepusculum *scripsi* crepusculum dicitur *A B Areu.* 12. oriente] a noctis orientis *al.* 13. est uesper *B* conticescere A^2 B^2 *al. Isid. l. l.* conticiscere A^1 B^1 conticere *Areu.* est *om.* B^1 14. intempestū *B* inoportuna *A* inportunū *B* nichil B^1

II 1. Ambros. Hex. IIII 3: Noctem enim ad quietem corporis datam esse cognoscimus, non ad muneris alicuius uel operis functionem.

Isid. Origg. V 31, 1: Nox a nocendo dicta eo quod noceat oculis. Seru. ad Virg. Aen. I 89: Nox dicta quod oculis noceat. Varro L. L. VI 6: Quod nocet nox, nisi quod Graece νύξ nox.

2. Isid. Origg. V 31, 4—13: Noctis partes septem sunt, id est uesperum, crepusculum, conticinium, intempestum, gallicinium, matutinum, diluculum. Vesperum ab stella occidentali uocatum, quae solem occiduum sequitur et tenebras sequentes praecedit, de qua Virgilius (*Aen. I* 374): 'Ante diem clauso componet uesper Olympo'. Tenebrae autem dictae quod teneant umbras. Crepusculum est dubia lux. Nam creperum dubium dicimus, hoc est inter lucem et tenebras. Conticinium est quando omnia silent, conticescere enim silere est. Intempestum medium et inactuosum noctis est tempus, quando nihil agi potest et omnia quieta sunt sopore. — — Gallicinium propter gallos lucis praenuntios dictum. Matutinum est inter abscessum tenebrarum et aurorae aduentum, et dictum matutinum quod hoc tempus inchoante mane sit. Diluculum quasi iam incipiens parua diei lux. Haec et aurora, quae solem praecedit. *Similia* Censor. de die nat. 24 *et* Seru. ad Virg. Aen. II 268 *e Varrone hauserunt.*

Varro L. L. VI 7: Intempestam Aelius dicebat quom tempus agendi est nullum, quod alii concubium appellarunt, quod omnes fere tunc cubarent, alii ab eo quod sileretur silentium noctis, quod

sunt. Gallicinium autem dictum est propter gallos lucis praenuntios. Crepusculum matutinum inter abscessum noctis et diei aduentum***.

III. DE HEBDOMADA.

1. Hebdomada apud Graecos et Romanos septem dierum cursu peragitur. Apud Hebraeos autem septem anni sunt; declarat hoc Daniel de LXX hebdomadibus. Hebdomada autem septem feriis constat. Feria autem a fando dicta quasi faria *vel* eo quod in creatione mundi per singulos dies dixit deus 'fiat', item quia dies sabbati ab initio feriatus habetur. Inde dies solis prima feria nuncupatur, quia primus est a feria, item lunae proinde secunda feria, quia secundus est a feria. Sic et ceteri dies tali ex numero sumpserunt uocabula. 2. Apud Romanos autem hi dies a planetis — id est erraticis stellis — nomina ceperunt. Primum enim diem a sole uocatum dicimus, quia princeps est omnium siderum, sicut et idem dies capud est cunctorum dierum, secundum a luna, quae soli et splendore et magnitudine proxima est,

1. gallus *A*[1] gallorum *A*[2] pronuncios *A* prenuncior̄ *B* 2. crepusculum & *A* matitinum *A B* abscensum *B*[1] die *A*[1] 3. ebdomada *A B*[2] obdomada *B*[1] 4. ebdomada *A om. B*[1] cursum *B*[1] 5. danihel *A* *Daniel.* 9, 24 6. ebdaomadibus *A* ebdoma•bus *B*[1] ebdomadibus *B*[2] ebdomada *A B*[2] *et ita uterque liber semper* ebdomata *B*[1] 7. quoque *B Areu.* feriendo *al.* fiendo *ci. Areu.* dicta est *A*[2] *Areu.* fari *A B*[2] *Areu.* fieri *al.* uel *addidi* 8. ds̄ *A om. B* itaque *B* itemque *A*[2] inicio *A*[1] feriat*us B* 9. abetur *A*[1] habetur *B* noncupatur *B*[1] prima feria est *B* primus est a feria id̄ (to) a sabbato *A* 10. lunis *A* feria est *B* est *om. B* feriato *A*[2] feria id est (a) sabbato qui est feriatus *B* 12. hi• *B* planites *B*[1] ad crraticis *B* acciperunt *B*[1] acceperunt *B*[2] uocabulum acceperunt *Areu.* 13. dicimus] aiunt *B* a sole uocauerunt *Areu.* qui *B* 14. sideraim *A*[1] cuntorum *B*[1] 15. secundus *B* solis *B* magnitudini *B*[1] proximata *B*

idem Plautus tempus conticinium.

3. Varro L. L. VI 5: Secundum hoc dicitur crepusculum a crepero. Id uocabulum sumpserunt a Sabinis, unde ueniunt Crepusci nominati Amiterno, qui eo tempore erant nati, ut Lucii prima luce. In Reatino crepusculum significat dubium, ab eo res dictae dubiae creperae, quod crepusculum dies etiam nunc sit an iam nox multis dubium. *cf. glossar. Hildebrand. p.* 84 *et Nonium.*

III, 1. Isid. Origg. V 30, 12: A fando autem feriae nuncupatae sunt. Beda Venerab. I p. 123 *ed. Bas.*: Feria a fando nomen accepit, et dicitur feria quasi faria, id est nomen quod est feria a secunda persona quae est 'faris' uel quia prima persona caret deriuatur; feria consuetudine dicitur.

2—4. Isid. Origg. V 30, 5—7: Primum enim diem a sole appellauerunt *et quae secuntur usque ad* figmenta.

et exinde mutuat lumen; tertium ab stella Martis, quae uesper uocatur; 3. quartum a stella Mercurii, quam quidam candidum circulum dicunt; quintum a stella Iouis, quam phaethonta dicunt; sextum a Veneris stella, quam luciferum asserunt, quae inter omnia sidera plus lucis habet; septimum a stella Saturni, quae septimo caelo locata XXX annis fertur explere cursum suum. 4. Proinde autem gentiles ex his septem planetis nomina diebus dederunt eo quod per eosdem aliquid sibi effici existimarunt dicentes habere ex sole spiritum, ex luna corpus, ex Mercurio linguam et sapientiam, ex Venere uoluptatem, ex Marte feruorem, ex Ioue temperantiam, ex Saturno tarditatem. Talis quippe gentilibus extitit stultitia, qui sibi finxerunt tam ridiculosa figmenta.

IIII. DE MENSIBVS.

1. Mensis est luminis lunaris circuitus ac redintegratio siue a noua ad nouam *cursus*. Cuius figura plerumque huius uitae cursus in-

1. ex eo *B Areu.* mutuatur *al.* hab et illa B^1 uesper *hoc loco et XXIII* 2, 4 *libri et Origg. III* 66, 2. *V* 30, 7 *atque III* 70, 20 *Grialii omnes*, *ubi* phiriona *Gu* 1 phirion *Gu* 2 *praebent.* pyrois *Chaconem secuti Grialius et Areu. scripserunt. Equidem cum Ottone errorem Isidoro tribui.* 2. quartu^{s} *B* ab *B* stilla B^1 quidem *A* candidum circulum *hoc loco et Origg. V* 30, 7 *libri.* stilbonta *ci. Chacon. in Origg. Grial. Areu. Otto scripserunt* 3. quintus B^2 ab *B* stilla B^1 feton A^1 *B* fetontē A^2 sextus B^2 4. septimus B^2 5. ab B^2 qui *A* sextu B^1 sexto B^2 *libri omnes Grialii et Origg. V*, 30, 7 *'plerique libri' Grialii et Gu.* 2, *si ex Ottonis silentio aliquid concludi potest* 6. stellis *B Areu. et Isid. l. l.* 7. dierum *A B* indiderunt *al.* easdem *Areu.* aliquod *A* existimarent *B et Gu* 1. 2 *in Origg. l. l.* aestimarent *Areu.* 8. ex aere ignem ex sole *A* ex ^{so}ole *B* spm̄ *A* B^2 spū B^1 mercorio B^1 9. lingua *B* sapientei. A^1 sapienteiam A^2 ingenium et linguam *Origg. l. l.* uolumtatem B^1 10. temperanciam *A* extitit gentilibus *B* 11. stulticia A^1 stultitiam B^1 q *B* fixerunt *A* fincxerunt *B* tamen B^1 affigmenta B^1 13. hac B^1 redintegracio *A et ita fere semper pro T ante I litteram C posuit, quod saepius m. 2 correxit* remi gratio *al.* a *om. A B* 14. adnouatio *B* cursus *addidit Grialius*

4. Seru. ad Aen. XI 51: Superis autem debemus omnia donec uiuimus ideo quia — ut dicunt physici — cum nasci coeperimus, sortimur a sole spiritum, a luna corpus, a Marte sanguinem, a Mercurio ingenium, a Ioue desiderium a Venere cupiditates, a Saturno humorem.

tellegitur, quae suis incrementis quasi mensis peragitur ac deminutionibus certissimis terminatur. Mensem autem antiqui definierunt: 'Quamdiu luna zodiacum circulum perducit'. 2. Antiqui autem gentiles mensibus nomina quaedam ex diis suis, quaedam ex causis, quaedam uero ex numero inposuerunt incipientes a Martio, quia ex ipso anni exorientis ordinem seruauerunt. Hunc autem Martium propter honorem Romuli sic appellauerunt, quia eum Martis filium esse crediderunt. Aprilem uero nullo deorum suorum nomine sed de re propria

1. incrementi *B*¹ mens *B*¹ demunutionibus *A*¹ demenutationibus *B*¹ 2. terminatur] diminuntur *B* diffinierunt *A* 3. diu *B*¹ zoziacum *A B*² zozaicum *B*¹ perducitur *Areu.* gentilis *B*¹ 4. nominaque *A* 5. ipsi. *A*¹ 6. exorientes *A*¹ martio *B*¹ 7. romoli *A*¹ *B* apellauerunt *A B* que *A* fidelium *A*¹ crediderunt esse *B* 8. uere *A* rem *B*

IIII 1. Hygin. Astr. IIII 19: Mensem autem, quamdiu luna zodiacum circulum perducat.

2. August. c. Faustum XVIII 5: Sed et mensibus imposuerunt nomina deorum suorum. Propter honorem quippe Romuli quia eum Martis filium crediderunt, primum mensem Marti dicantes Martium uocauerunt. Et inde Aprilem a nullo dei sui nomine, sed a re ipsa quasi aperilem quod tunc plurimum germinis aperiatur in florem. Inde tertium mensem Maium, quod Maiam Mercurii matrem deam colunt. Inde quartum Iunium a Iunone. Inde ceteros usque ad Decembrem a numeris nominarunt. Sed ex eis Quintilis atque Sextilis nominibus hominum, quibus diuinos honores decreuerant, appellati sunt Iulius et Augustus, nam septimus September et ceteri ut dixi usque ad Decembrem numerorum ex ordine pronuntiantur. Porro Ianuarius a Iano appellatus est, Februarius a Februis sacris Lupercorum. Censorin. de die nat. 22, p. 67 Iahn: Nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse Fuluius et Iunius auctores sunt, et quidem duos primos a parentibus suis nominasse, Martium a Marte patre, Aprilem ab Aphrodite, id est Venere, unde maiores eius oriundi dicebantur, proximos duo a populo, Maium a maioribus natu, Iunium a iunioribus, ceteros ab ordine quo singuli erant, Quintilem usque Decembrem perinde a numero. Varro autem Romanos a Latinis nomina mensum accepisse arbitratus auctores eorum antiquiores quam urbem fuisse satis argute docet. Itaque Martium mensem a Marte quidem nominatum credit, non quia Romuli fuerit pater, sed quod gens Latina bellicosa. Aprilem autem non ab Aphrodite, sed ab aperiendo, quod tunc fere cuncta gignantur et nascendi claustra aperiat natura. Maium uero non a maioribus, sed a Maia nomen accepisse, quod eo mense tam Romae quam antea in Latio res diuina Maiae fit et Mercurio. Iunium quoque a Iunone potius quam iunioribus, quod illo mense maxime Iunoni honores habentur. Quintilem, quod loco iam apud Latinos fuerit quinto, item Sextilem ac deinceps ad Decembrem a numeris appellatos. Ceterum Ianuarium et Februarium postea quidem additos, sed nominibus iam ex Latio sumptis; et Ianuarium ab Iano, cui adtributus est, nomen traxisse, Februarium a februo. Est februum quidquid expiat purgatque, et februamenta purgamenta, item febrare purgare et purum facere. — — In hoc autem mense Lupercalibus, cum Roma lustratur, salem calidum ferunt, quod februum appellant, unde dies Lupercalium proprie februatus et ab eo porro mensis Februarius uocitatur. *cf. Varro L. L. VI* 33.

quasi aperilem nominauerunt eo quod tunc germen plurimum aperiatur in florem; 3. inde mensem Maium pro Maia Mercurii matre, quam deam uocant, siue propter maiores, deinde Iunium a Iunone, quam sororem uel coniugem Iouis fuisse testantur. Alii autem sicut Maium pro maioribus, ita pro iunioribus Iunium uocari dixerunt. Item Iulium a Iulio Caesare, Augustum uero ab Octauiano Augusto uocauerunt, nam prius Iulius Quintilis, et Augustus Sextilis uocabantur, sed eorum nomina a Caesaribus Iulio siue Augusto sunt commutata. 4. Iam September eo quod septimus sit a Martio, qui est principium ueris. Simili quoque ordine October et Nouember et December ex numero imbrium adque ueris acceperunt uocabulum. Porro Ianuarium ex nomine Iani uocauerunt, sed specialiter Ianuarius appellatur, eo quod ianua sit anni adque principium. Februarium autem a Februis sacris Lupercorum appellauerunt. Itaque apud antiquos Latinos decem mensibus cursus anni computabatur. Sed Romanis Ianuarium *et* Februarium Numa Pompilius addidit adque ita in XII menses annum distinxit. 5. Plerique autem adserunt Cingum Sabinorum regem prius annum in menses

1. plurimum germinis *B Areu.* aperiantur *B* 2. mercorii *B* matra *B*¹ 3. uocant] esse dixerunt *B* deam sibi propter maiores decreuerunt *Areu.* sorore *B* 4. coniuge *B* ionis *B* testatur *B* sic̄ *A* *5. Iunium] iunioribus *A* uocare *B om. A* 6. agustum *A et ita fere semper* agust•o *A* agusto *B*¹ 7. et *om. B* s& *B*¹ noam *A*¹ 8. a *om. B*¹ caesare *B*² commotata *A*¹ nominata *B* 10. octuber *B*¹ octimber *D* nouenber *A* nouimber *D* decimber *D* atque *A B*² *E* 11. acciperunt *A B*¹ *D* uocab̄lum *A* uocabula *B* ianuario *B*¹ Iam *A* 12. s& *B*¹ *et ita fere semper* apellatur *B* 13. atque *A B*² febroarium *A*¹ febra•s *B*¹ sacris & ualidis *A* lupercorum id est a plutone cui eo mense sacrificabantur romani *B ex Origg. V* 33, 4 14. apellauerunt *B* 15. Romanis Ianuarium et Februarium *scripsi* ianuarium romani febroarium *A*¹ *E Areu.* ianuarium romani dixerunt febroarium *A*² *B* ian. rom. addiderunt februarium *D* nūma *B D E* 16. pampilius *A B E*¹ ededit *B*¹ atque *B*² itaque in *B*¹ *om. A* mensibus *A* distincxerant *B* 17. asserunt *A B*² *D* cingum *A B D E*. Ancum *Areu. an* Sancum? lauinorum *B*¹ sauinorum *B*²

4. Isid. Origg. V 33, 11: September nomen habet a numero et imbre, quia septimus est a Martio et imbres habet. Sic et October Nouember atque December ex numero et imbribus acceperunt uocabula. Cassiod. Var. I. epist. 35: Quod ab ipsis quoque mensibus datur intellegi, quando ex numero imbrium futurorum nomina susceperunt. *Io. Lyd. de mens.* IIII 78.

diuisisse, idus kalendasque et intercalares dies instituisse. In codicibus autem sanctarum scripturarum XII menses fuisse anni etiam ante diluuium ostenduntur. Sic enim ibi legitur: ‘Aqua autem minuebatur usque ad undecimum mensem. Vndecimo autem mense prima die mensis apparuerunt cacumina montium’. Sic enim tunc dinumerabantur menses, sicut et nunc, sed non quos kalendae sed quos luna coepta et finita concludit. 6. Kalendas a colendo dictas, apud antiquos enim semper mensium principia colebantur. Idus quoque dictae a diebus, et nonae a nundinis. Menses autem omnis apud Latinos ex kalendis sumunt principium, apud Hebraeos autem ex lunae nascentis recursu. 7. Apud Aegyptios autem principia mensium ante kalendas quattuor aut quinque dies pronuntiantur, iuxta quod formula subiecta declarat (*fig. I*). Dehinc reuerteris ad IIII Kalendas Septembris, talique ratione conplentur dies CCCLXXII mensium Aegyptiorum. V dies supersunt quos ἐπαγομένους uel intercalares uocauerunt, de quibus superius memoratum est.

V. DE CONCORDIA MENSIVM.

1. Ianuarius cum Decembri in horarum mensura concordat. Fe-

1. diuidisset B^1 et kāl q̄. adque & B *eraso* adque *m.* 2 kalendas et A^1 2. sc̄arum A sacrarum B *Moys. I* 8, 5 3. ostenditur *Areu.* munuebatur A^1 inuehebatur A^2 aquae ibant et decrescebant *Vulg.* 4. decimum *Vulg.* undecima B decimo *Vulg.* 5. mensi B^1 apparuerant B capita *Areu.* tunc *om.* A denumerantur B^1 6. copta B^1 7. conclud& B^1 kle B a] aū a A^2 aū B colende A colendos B^1 dicte B aput A 8. mensuum B^1 nomina principia B^1 A^2 dicti A B^1 dibus D diebus uel ab idulio *Areu.* (edulio *al.*) 9. nonas A non as.nondinesdines B^1 ex] a B kalendas A 10. aput A ebreos A autem *om.* B recursu] nascenti recursum B^1 11. mensuum A B^1 12. des B^1 quatuor uel quinque siue sex seu septem aut octo dies *al.* iusta B formola A B^1 13. reuerte B^1 quarto B^1 quartu B^2 septembrium A 14. complentur A diebus B CCCLX B mensuum B^1 15. epagomenas A epāg no mina B^1 epac o.menas B^2 intercalares siue additos B intercalares siue addititios *Areu.* 17. mensuum B^1 18. decem̄b A decembrio B orarum A B^1

6. Isid. Origg. V 33, 13: Quidam autem kalendas a colendo appellari existimabant; apud ueteres enim omnium mensium principia colebantur. Idus autem plerique Latinorum ab edendo dictas putant, quod ii dies apud ueteres epularum essent. Nonae a nundinis uocatae.

V. Palladius II 23: Hic (Ianuarius) mensis in horarum spatio cum De-

bruarius cum Nouembri spatium aequale consummat. Martius consentit Octobri. Aprilis aequat Septembrem. Maius respondet Augusto. Iunius compar est Iulio.

VI. DE ANNIS.

1. Annus est circuitus solis ac reditus per duodecim menses. Cuius quidem nomen figurate significat omne tempus uitae huius, sicut per Esaiam dicitur: 'Praedicare annum domini acceptabilem', quoniam non ille quo dominus praedicauit, solus fuit acceptabilis, set et totum hoc tempus, iuxta quod ait apostolus: 'Ecce nunc tempus acceptabile'. Finem denique huius anni diem iudicii adiunxit dicens: 'Praedicare annum domini et diem retributionis'. 2. Annum autem quasi anum dici quidam putant, id est circulum, unde et anuli dicti sunt diminutiue. Principium autem anni alii a bruma putant ut populi Romani, alii ab aequinoctio uerno ut Hebraei, alii ab solstitio ut Graeci, alii ab autumpno ut Aegyptii. Annum autem sapientes mundi partim ciuilem partim naturalem partim magnum esse dixerunt. Ciuilis annus est, qui

1. noū *A* nouembrio *B* consumat *A B* consumit *Areu.* 2. octubrio *A B* septembrio *A B* maus B^1 respodit *A* B^1 respodet B^2 3. anpar B^1 5. est *om. A* hac B^1 redditus *B* XII *B* 7. esaia. B^1 esaiā B^2 *Ies.* 61, 2 dicetur *B* praedicate *B* ut praedicarem *Vulg.* dn̄i *A B* placabilem domino *Vulg.* 8. qud B^1 dn̄s *A B* sed B^2 et totum hoc *A* ad hoc totum *B* *deleto* ad *m.* 2 9. apostulus *A* *epist. ad Cor. II* 6, 2 nuc *B* acceptabile ecce nunc dies salutis B^2 10. adiuxit A^1 adiuncxit A^2 *B* *Ies. l. l.* 11. dn̄i *B* dn̄m *A* donn̄o A^2 ultionis *Vulg.* anulum A^2 12. et *om.* B^1 13. ab roma A^1 B^1 14. ad B^1 aequinoctium B^1 aebrei *A* a *B* listicio A^1 sotitio *B in rasura* 15. autumno *B* huius mundi *B* A^2 partem B^1

cembri mense conuenit. III 34: Hic mensis in horarum mensura cum Nouembri mense concordat. IIII 16: Hic mensis ad deprehendendas horas consentit Octobri. V 9: Huius mensis horae horis mensis Septembris aequantur. VI 18: In horarum mensuris Maius respondet Augusto. VII 13: Iunius ac Iulius horarum sibi aequa spatia contulerunt.

VI 2. Varro L. L. VI 8: Sic magni dicebantur circites ani, unde annus. Isid. Origg. V 36, 1: Annus autem dictus, quia mensibus in se recurrentibus uoluitur, unde et anulus dicitur quasi anuus, id est circulus, quod in se redeat. Seru. ad Virg. Aen. I 269: Annus autem dictus est quasi annuus, id est annulus, quod in se redeat. Seru. ad Virg. Aen. V 45: quia menses in se currunt et annum faciunt, unde et annulus quasi et annuus.

unius astri recursu per menses XII terminatur. 3. Annus naturalis est, cum se soli luna supponit, ut inter orbem solis et oculos nostros media facta tenebras totius orbis efficiat, quod dicitur eclipsis — cuius ratio diutius obscura fuit, sed a Milesio quodam philosopho exposita est. — Annus magnus dicitur, quando omnia sidera certis temporibus numerisque conpletis ad suum locum uel ordinem reuertuntur, quem annum antiqui undeuicensimo anno finiri uel adimpleri dixerunt. 4. Solstitialis annus est, cum sol expleto per omnia signa circuitu in id unde principium cursus sui sumpsit recurrit; ipse est solaris annus uel ciuilis, qui diebus CCCLXV peragitur. Annus lunaris idem et communis est, id est qui per XII menses lunares decurrit, id est diebus CCCLIIII. Annus embolismus est qui lunas XIII et dies CCCLXXXIII habere monstratur, in quo anno longius dies paschae protenditur. Annus bissextus est in quo unius diei per quadriennium ex quadrantis

1. unius A^1 in huius B A^2 sup̧ B^1 naturalis] lunari *ci. Grial.* 2. est] ÷ A B ut cum B se *om.* A sub.. | ponit A et *om.* B^1 n̄ros A 3. eclypsis B 4. melesio A milesium B^1 5. quo *Areu.* 6. completis A 7. antiqui magnum uocauerunt B A^2 undedeXX B undeuicesimo *Valent. et Malacitan. Grialii* uicesimo *Ouet. Goth. Grial.* sexcentesimo *scrips. Grial. et Areu. inuitis libris sed cf. Censorin. de die nat. XVIII* 8 finire A B^1 adimplere A B^1 8. expleto XVIII annis B omni B^1 p̧ circuito B^1 in] din A 9. recurr& A et] est *Areu.* 10. idem et] est B 11. est *om.* B^1 ē B^2 menses lunares B 12. CCCL & IIII B annos B^1 embulismus B^1 ÷ A B luna B^1 14. annos B^1 bissextis A bisbisse.tilis B^1 bis...sextilis B^2 unus B^1 quadr.antis B

3. Isid. Origg. V 36, 3: Magnus omnibus planetis in eundem locum recurrentibus, qui fit post annos solstitiales plurimos. Seru. ad Aen. III 284: Mox maiore cura annum esse magnum uoluerunt omnibus planetis in eundem recurrentibus locum, et hic sit — ut supra diximus (*ad Aen. I* 269) — secundum Ciceronis Hortensium post annos XII milia noningentos quinquaginta quatuor, solstitiales scilicet. Cic. nat. deor. II 20: Quorum ex disparibus motionibus magnum annum mathematici nominauerunt, qui tum efficitur, cum solis et lunae et quinque errantium ad eandem inter se comparationem confectos omnium spatiis est facta conuersio; quae quam longa sit, magna quaestio est. Censor. de die nat. XVIII 8: Praeterea sunt anni magni complures, ut Metonicus, quem Meton Atheniensis ex annis undeuiginti constituit.

4. Ambros. Hexaem. IIII 5, 24: Solstitialis quoque annus est, cum sol expleto per omnia signa circuitu in id unde principium cursus sui sumpsit recurrit.

Isid. Origg. VI 17, 21: Communis annus dicitur qui duodecim tantum lunas, hoc est dies CCCLIIII habet.

Isid. Origg. VI 17, 22: Embolismus annus est qui tredecim menses lunares — id est CCCLXXXIIII dies — habere monstratur. Ipse est annus sancto Moysi diuinitus reuelatus, in quo iubentur ii qui longius habitant in secundo mense pascha celebrare.

Isid. Origg. VI 17, 25: Bissextus

ratione summa colligitur. Annus iubilaeus est remissionis, qui septenis annorum hebdomadibus, id est XLVIIII annis, texitur, in quo iuxta legem clangebantur tubae et ad omnes reuertebatur antiqua possessio. 5. Olympias uero apud Graecos annus quartus, ab Olympio agone, qui uenit transactis IIII annis, in quibus finem sortitur agonis tempus propter quadriennii cursum solis et propter quod singulis annis trium horarum consumptione in quadriennium dies unus conpletur. Hoc tempore mittebantur circum ciuitates admonituri ut non solum undique sed etiam ab omni genere omnique aetate et sexu conueniretur. 6. Lustrum est quinquennii tempus apud Romanos, dictum autem quia census per quinquennium in republica agebatur, deinde post peractum censum sacrificio facto urbs Roma lustrabatur. Indictiones Romani inuenerunt, quae per singulos annos usque ad quintum decimum uenientes rursus ad primi anni principium reuoluuntur. 7. Aera quoque Caesaris Augusti tempore posita est, dicta autem aera, ex quo omnis orbis aes reddere professus est reipublicae. Aera a die kalendarum

1. collegitur *A B*[1] annos *B*[1] iubeleus *A B*[2] per septinis *A* 2. ebdomadibus *A B* annus *A* lege *A B* 3. clangebatur tubis *al.* 4. • olpias *B*[1] olipias *B*[2] enim est *B* autem est *Areu.* aput *A* annos *B*[1] olimpioo (*sic*) *A* olimpia *B*[1] olimpi *B*[2] 5. annis IIII *B* cuius *B* fine *B*[2] sortiatur *B*[1] 6. quadrienni *B* 7. orarum *A* consumtione *B*[1] quatrienni *B*[1] quadriennio *B*[2] completur *A* oc *B*[1] 8. mittebant *A B* admonitor (es) *B* mittebant — admonere *Areu.* nol *A* 9. set *et ita ubique B* LVSTRVM lustrum *B* 10. est *om. B* quinquenni *B*[1] tempus est *B* autem lustrum *A*[2] *Areu.* quiaa *B*[1] 11. rēpublicā *B*[2] 12. & sacrificio *A* inlustrabatur *A* 13. qui *A* q. *B*[1] 14. hera *A* 15. es *B*[1] hera *A* omnes *A B* 16. urbs *B*[1] professa *A B* hera *A*

annus est post annos quatuor unus dies adiectus.

Isid. Origg. V 37, 3: Iubilaeus interpretatur remissionis annus. Est enim Hebraicus et sermo et numerus, qui septenis hebdomadibus annorum — id est quadraginta nouem annis — contexitur, in quo clangebantur tubae et ad omnes reuertebatur antiqua possessio, debita absoluebantur, confirmabantur libertates.

6. Isid. Origg. V 37, 2: Ideo uero sic uocatur eo quod censu per quinquennium in republica peracta urbs Roma lustrabatur.

7. Isid. Origg. V 36, 3: Aera singulorum annorum constituta est a Caesare Augusto, quando primum censum exegit ac Romanum orbem descripsit. Dicta autem aera ex eo quod omnis orbis aes reddere professus est reipublicae. Isid. Origg. VI 17, 27: A sextis autem non. (Kal. *Areu.*) Mart. usque in diem pridie kal. Ianuarii in lunae cursu bisextus apponitur atque inde detrahitur.

Ianuariarum adcrescit. Bissextus autem a sexto nonas Martias usque ad diem pridie kalendarum Ianuariarum in lunae cursu adponitur. Annus autem Aegyptiorum sine bissexto initium habet quarto kalendarum Septembrium, cum bissexto autem a tertio kalendarum suprascriptarum.

VII. DE TEMPORIBVS.

1. Sic ait Ambrosius: 'Tempora sunt uices mutationum', in quibus sol certa cursus sui dimensione anni orbem in confusa uarietate distinguit. Tempora autem a motu siderum sunt dicta, unde et deus cum haec instituerit dixit: 'Et sint in signa et in tempora et in dies et in annos', id est in aliquo mutabili motu, cuius aliud prius aliud po-

1. ianuariū *A* semptembrium *super* ianuariarum *scripsit* B^2 bisextus A^1 nona. rū *B* kalendas *Areu. hic et Origg. VI* 17, 27 a die *A* in die B^1 in diē B^2 usque in diem *Origg. l. l.* 2. ianuarium cursui lune opponitur *A* 3. agyptiorum *A* bisexto A^1 habet initium *B* 4. biscxto A^1 a tertio] tertium B^1 XIII *A* suprascriptorum *A* suprascriptura B^1 6. sicut *B Areu.* scs̄ ambrosius *B* A^2 *Ambros. Hexaem. IIII* 5, 21, *ex quo Isidorus haec admodum mutata mutuatus est* 7. demensione B^1 diffusa *Areu. om.* in. 8. modu B^1 dicta *om. B* motus siderum sunt *Areu. cf. Varro L. L. VI* 3 ds̄ *A B* 9. institueret B^2 *Areu. Mos. I* 1, 14 *eodem loco utitur Ambr. l. l.* in *om. Vulg.* in *om. Vulg.* 10. in *om. Vulg. et B* alia *A* mutabilis *A* mutabile B^1 motus B^1 aliut *A* aliud prius *om. B* aliut *A*

VII 1—3. Ambr. Hexaem. IIII 5, 21: Tempora autem quae sunt nisi mutationum uices, hiems, uer, aestas atque auctumnus? In istis igitur temporibus aut uelocior est transitus solis aut tardior. Alia enim praestringit radiis suis, alia inflammat caloribus. Itaque cum sol meridianis partibus immoratur, hiems nobis est. Nam cum sol longius abest, terra rigescit gelu, stringitur frigore, et plurima noctis umbra terras operit, ut multo prolixiora sint noctis spatia quam diei. Hinc oritur causa, ut hibernis flatibus nimia uis niuium pluuiarumque fundatur. Cum uero (*scribe* uer est cum) ex meridianis decedens partibus supra terram redit, noctis ac diei exaequat tempora: et quo magis moras suis adiungit cursibus, eo paulatim temperiem aeris huius reducit et reuocat aurarum clementiam, quae fouens omnia repetendos cogit in partus, ut terra germinet ac resoluta sulcis semina reuiuiscant, uirescant arbores, ad perpetuitatem quoque conseruandi generis eorum quae uel in terris sunt uel aquis gaudent, annuis fetibus successio propagetur. Ast (*scribe* aestas est) ubi ad aestiuas conuersiones in septentrionem se subrigit, spatia diurna producit, noctes uero arctat et astringit. Itaque quo magis usu assiduo aeri huic copulatur atque miscetur, eo amplius et ipsum aerem uaporat et terrarum exsiccat humorem, adolescere facit semina et tamquam in succos uiriles maturescere poma siluarum. Tunc quia flagrantior est, minores umbras facit in meridiano, quoniam ex alto hunc illuminat locum.

sterius praeterit eo quod simul esse non possint. Tempus iuxta Hebraeos integer annus est secundum illud in Daniele: 'Tempus et tempora et dimidium temporis', per 'tempus' annum significans per 'tempora' duos et per 'dimidium' menses sex. 2. Iuxta Latinos autem unius anni quattuor tempora adscribuntur: hiemis, ueris, aestatis adque autumpni. Hiemps est cum sol meridianis partibus inmoratur, tunc enim sol longius abest, terraque rigescit gelu adque stringitur, et prolixiora sunt spatia noctis quam diei. Hinc causa oritur, ut hibernis flatibus nimia uis niuium pluuiarumque fundatur. Ver est, cum sol ex meridianis decedens partibus super terram redit et noctis ac diei exaequat tempora et temperiem aeris reducit adque fouens omnia repetendos cogit in partus, ut terra germinet ac resoluta sulcis semina reuiuiscant adque omnium generum quae in terris uel aquis sunt annuis fetibus successio propagetur. 3. Aestas est, cum sol in septentrionem se subrigit et spatia diurna producit, noctes uero coartat et astringit. Itaque quo magis sol usu adsiduo aeri huic copulatur adque miscetur, eo amplius aerem ipsum uaporat et humore exsiccato terra fatiscit in puluerem et adolescere facit semina et tamquam sucos uiridis matu-

1. praeteriit *A* possit B^1 iusxta A^1 ebreos *A* 2. annos A^1 est *om.* A^1 illut B^1 danihelo & *A* *Daniel.* 12, 7 3. significat *B* *Areu.* 4. dimedium *A* lanos A^1 5. IIII *B* ascribuntur B^2 uerni *B* atque B^2 6. autumnum B^1 autumni B^2 hiemis *A* ÷ *A B* 7. habest B^1 tr̄aq. *B* regiscit B^1 gelatur *al.* atque B^2 gelu, stringitur frigore *Ambr. Areu.* 8. noctis spatia *Ambr.* ^{r}ibernis *B* 9. ÷ *A B* uer est cum] cum uero *Ambr.* 10. decidens *A B* supra *Ambr.* et *om. Ambr.* hac B^1 die A^1 exequa B^1 11. et quo magis moras suis adiungit cursibus, eo paulatim temperiem *Ambros.* temperie. B^1 reducet B^1 atque B^2 et reuocat aurarum clementiam quae *Ambros.* repetendus *A* B^1 12. hac B^1 solcis *B* reuiuescant *A* B^2 13. atque B^2 adque omnium generum] uirescant arbores, ad perpetuitatem quoque conseruandi generis eorum *Ambros.* terris sunt *Ambros.* in aquis *B* aquis gaudent *Ambros.* annis *A* 14. faetibus *A* fe.tibus *B* propagitur B^1 aestas ÷ cum sol *A B* ast ubi ad aestiuas conuersiones *Ambr.* septentrione *A* 15. subteregit B^1 et *om. Ambr.* coartat et astringit *B* artat et astringit *Ambr.* minuit et constringit *A* 16. sol *om. B Ambr.* assiduo B^2 atque B^2 miscitur *B* 17. exicato B^1 terram *A B* fatescit *A* et terrarum exsiccat humorem adolescere facit *Ambr.* 18. sucos *A* uirides *B* uiriles *Ambr.*

rescere cogit poma siluarum. Tunc quia sol aestiuis flagrat ardoribus, minores umbras facit in meridiano, quoniam ex alto hunc inluminat locum. Autumpnus est, dum rursus sol a summo caeli descendens infringit aestuum magnitudinem et paulisper relaxato ac deposito calore praestat temperiem sequenti tempestate uentorum et turbine procellarum et ui fulminum tonitruumque sonantium. 4. Quoniam certis distinctionibus uicissitudines temporum iuxta priorum definitiones praestrinximus, nunc qualiter eadem tempora naturalibus circulis sibi inuicem conligantur expediamus. Ver quippe constat ex umore et igni, aestas ex igni et siccitate, autumpnus ex siccitate et frigore, hiemps ex frigore et humore. Vnde etiam sunt tempora a communionis temperamento dicta: cuius communionis haec est figura (*fig. II.*).

5. Quorum temporum haec sunt principia: uer exoritur octauo kal. Martias permanens dies XCI. Aestas incipit nono kal. Iunias permanet dies XCI. Autumnus sumit principium X kal. Septembris, dies XCIII. Hiemps inchoat VIII kal. Decembris, dies XC: inde

1. facit cogit *A om. Ambr.* sol] sol & *A* et sol *Ar.* *est*uis *A* flarat *B*¹ quia flagrantior est *Ambr.* 2. meridianum *A B* quo *A* qm̄ *B* hunc] hunc cogit *A* 3. autumnus *B* ÷ *A B* discendens *A B*¹ 4. aestum *A* laxato *B* hac *A B*¹ deposita *B*¹ 5. praest& *A* temperē *B*¹ tempestati *B* turbini *B*² 6. procell*a*rum *B* ui.. *B uidetur fuisse* uite tonitruorumque *A* qm̄ *A B* 7. distincionibus *A* dist.ctionibus *B*¹ diffinitiones *B*² 8. perstrinximus *A*² perstrincximur *B* eodem *B*¹ 9. conlegantur *B*¹ con-÷ ex igne ligantur *B*² uar *A* humore *B* 10. igni *A* ex igni *om. B* et] ex *B*¹ ÷ et *B*² *ad notam* ÷ *respiciunt uerba* ÷ ex igne *quae super* conligantur *scripta sunt* siccitate et caleditate *B*¹ autumnus *B* citate *B*¹ fulgure *B*¹ hiemis *A* 11. fulgure *B*¹ communionis *A B* Isid. Origg. V 35, 1. commotionis temperamenti *Areu.* temperamenta. *B*¹ temperamenta *A* 12. ÷ *A B* DE QVATTVOR TEMPOR *A* HIC DICIT DOCTRINA PERFIDI ariditate sicca.tur uer āū nouitas est fidei siue pax quan do post . hiemis tribulationē tranquillitas redit ecclesię *B* 13. sunt temporum hęc *B* uernus *A B* exoritur ab *A*² exoretur *B*¹ octabo *A* VIII *B* 14. diebus *A B* VIII *B*¹ VIIII *B*² permanet *om. B Areu.* 15. diebus *B* đie *A* 16. diebus *B* đ *A* XCI *A B* hiems *A* inquoat *A B*¹ VII *A Areu.* diebus *B* đ *A* XCI *A* unde *B Areu.*

4. Isid. Origg. V 35, 1: Dicta sunt autem tempora a communionis temperamento, quod inuicem se humore, siccitate, calore et frigore temperent.

fiunt anni uertentis dies CCCLXV. Haec itaque secundum naturalem differentiam. 6. Ceterum iuxta allegoriam hiemps temporalis intellegitur tribulatio, quando tempestates et turbines saeculi incumbunt. Aestas est fidei persecutio, quando doctrina perfidiae ariditate siccatur. Ver autem nouitas est fidei siue pax, quando post hiemis tribulationem tranquillitas ecclesiae redditur, quando mensis nouorum — id est pascha agni — celebratur, quando terra floribus — id est ecclesia sanctorum coetibus — decoratur. 7. Annus itaque ambitu solis et mensium explicatur. Tempora mutationum uicibus euoluuntur. Mensis lunae incremento senioque conficitur. Hebdomada septenario dierum numero terminatur. Dies et nox recursantium luminum ac tenebrarum alternis uicibus reparantur. Hora motibus quibusdam et momentis expletur.

VIII. DE SOLSTITIO ET AEQVINOCTIO.

1. Solstitia duo sunt: primum hiemale VIII kal. Ianuarias, quo sol stat et crescunt dies: alterum aestiuum VIII kal. Iulias, quo sol stat et crescunt noctes. His contraria duo aequinoctia sunt: unum uernale VIII kal. Aprilis quo dies crescunt: alterum autumpnale VIII

1. efiunt *A* fiuiunt *B*[1] 2. temporum differentiam *B Areu.* hiems *A* 3. hinc incumbunt *A*[2] 4. est] ÷ *A* est calo *B*[2] psecutio *B*[2] 5. nouitest *B*[1] nouitas ÷ *A* 6. menses *B* nouarum *A* pasca *B*[1] 7. ecclesiam *A* ecc̄la *B* sc̄orum *A B* 8. recapitulatio supra scriptorum *A* (*m.* 2 Īt *praeponit*) item recapitulatio sup scriptorum *B*, *supra quae m.* 2 *scripsit* ITEM RECAPI *et* SCR[I]PTORVM ambitu· *B* ambitus *A* mensuum *A B* 9. menses *A B*[1] 10. incrementa *B*[1] senioque] et diminutione *B* ebdomada *A B* septinario *A* septenaria *B*[1] 11. correntium *B*[1] recurrentium *B*[2] 12. repa | *A*[1] repantur *A*[2] ora *A* 14. solesticia *A* solistitia *B* aequinocio *A* equinoctium *B*[1] 15. solesticia *A*[1] solistitia *B A*[2] hiemalem *A* [h]Ibernale *B* ian̄ *A* ianuariarum *B*[2] quod *B*[1] 16. iūl. k̄ *A* quod *B* 18. uernalem *A* ex quo *A B* autumnale *B*

VIII 1. Seru. in Virg. Georg. I 100 et Isid. Origg. V 34: Duo sunt solstitia, unum aestiuum VIII kalend. Iulii die, quo tempore remeare sol ad inferiores incipit circulos; et aliud hiemale VIII calendarum Ianuarii die, quo tempore sol altiores incipit circulos petere. Vnde hiemalis solstitii dies minimus, sicut aestiui maximus inuenitur. — — duo aequinoctia, unum uernale et aliud auctumnale, quae Graeci ἰσημερίας uvcant. Sunt autem VIII

kal. Octobris, quo dies minuuntur. 2. Solstitium autem dicitur quasi solis statio. Aequinoctium uero, quod tunc dies et nox in aequitatem horarum duodenarum reuertantur coaequatis spatiis suis. Solstitium autem aestiuum ideo lampas dicitur eo quod ex eo die lampas solis claritatem maiorem accipiat caloremque nimium aduentu aestatis infundat.

VIIII. DE MVNDO.

1. Mundus est uniuersitas omnis, quae constat ex caelo et terra. De quo Paulus apostolus ait: 'Praeterit enim figura huius mundi.' Secundum mysticum autem sensum 'mundus' conpetenter homo significatur: quia sicut ille ex quattuor concretus est elementis, ita et iste ex quattuor constat humoribus uno temperamento commixtis. 2. Vnde et ueteres hominem in communionem fabricae mundi constistituerunt, siquidem Graece mundus κόσμος, homo autem μικρόκοσμος — id est minor mundus — est appellatus; licet et per mundum nonnumquam scriptura peccatores insinuet, de quibus dictum est: 'Et mundus eum non cognouit.' 3. Formatio autem mundi ita demonstratur. Nam quemadmodum erigitur mundus in septemtrionalem

1. octubris B^1 solesticiam A^1 solistitium B A^2 2. equinoctio B^1 aequitate A 3. orarum A^1 B^1 duodenarium A quoequatis B quo equantib; A solesticium A^1 solistitium B A^2 4. lampadas A B^1 lampadas B^1 A^2 5. accipiant A caloremq^{v}e. B aduenientis A B^2 *al.* aduenientes B^1 statis A aestates B^1 infundant A 8. hōminis B^1 qui B ex A *m.* 2 *in rasura* 9. *epist. ad Corinth. I* 7, 31 p̄terit A 10. misticum A B^1 11. qua A ex IIII ex quattuor A^1 cx IIII B constat cretus A^1 congregatus B^1 concreatus A^2 12. cx IIII constat B A^2 *om.* A^1 h^{u}moribus B conmixtis B 13. commu^{i}none B 14. co | mos A^1 cos.. mus B^1 microscosmos A mig^{c}rosmos B 15. apellatus est B 16. insinuit A^1 B^1 17. *Ioann.* 1, 10 autem *om.* B *Areu.* 18. eregitur A^1 septentrionalem B

calendas Aprilis et VIII calend. Octob. die, quia annus olim in duas tantum partes diuidebatur.

2. Isid. Origg. V 34, 1: Solstitium dictum quasi solis statio, quod tunc sole stante crescunt dies uel noctes. Aequinoctium appellatum, quod tunc dies et nox horarum spatio aequali consistunt.

VIIII 3. Isid. Origg. III 29: Formatio mundi ita demonstratur; nam quemadmodum erigitur mundus in septentrionalem plagam, ita declinatur in australem. Caput autem eius et quasi facies orientalis regio est, ultima pars septentrionalis.

plagam, ita declinatur in australem. Caput autem et quasi facies orientalis regio, ultima pars septentrionalis. Nam partes eius quattuor sunt: prima pars mundi est orientalis, secunda meridiana, tertia occidentis, ultima uero et extrema septemtrionalis, de qua Virgilius sic ait:

Quam circum extremae dextra laeuaque trahuntur
Caerulea glacie concretae

et Lucanus:

Sic mundi pars ima iacet, quam zona niualis
Perpetuaeque premunt hiemes.

X. DE QVINQVE CIRCVLIS MVNDI.

1. In definitione autem mundi circulos aiunt philosophi quinque, quos Graeci *παραλλήλους* — id est zonas — uocant, in quibus diuiditur orbis terrae. Has Virgilius in Georgicis ostendit dicens:

Quinque tenent caelum zonae.

Sed fingamus eas in modum dexterae nostrae, ut pollex sit circulus *ἀρκτικὸς* frigore inhabitabilis, secundus circulus *θερινὸς* temperatus habitabilis, medius circulus *ἰσημερινὸς* torridus inhabitabilis, quartus circulus *χειμερινὸς* temperatus habitabilis, quintus circulus *ἀνταρκτικὸς* frigidus inhabitabilis. 2. Horum primus septentrionalis est,

1. dẹdinatur *A* decl*inat*ur *B* capud *B*[1] 2. IIII *A B* sunt ·/·secundum meridiana·/· *A* 3. ÷ *A B* orientis *B Areu.* secunda meridiana *om. A* 4. et] atque *B* adq. *A*[2] septentrionalis *B* 5. *Virg. Georg. I* 235 extrema *A* trauntur *A*[1] *B*[1] 6. cerule *A* cerulęę *B* caeruleae *Medic. et libri ap. Pierium et Mart. Virgilii* glacię concritę *B*[1] galice...... *A*[1] glacie aere *A*[2] 7. et *om. B* 8. *Lucan. Phars. IIII* 106 hiema *A*[1] imma *B* icet *B*[1] sona zonę *B* *deleto* sona *m.* 2 niuales *A*[1] naanuales *B*[1] niuales *B*[2] 9. quam *A B* primunt *B*[1] hiems *A*[1] 11. circulos aū *A* 12. qͦus *B* παραλλ.ήλους id est *delet Grial. sed uide Seru. in Georg. I* 322 zanas *B*[1] 13. as *B*[1] gergicis *B*[1] 14. *Virg. Georg. I* 322 zanae *B*[1] 15. modo *B*[1] dextrae *B*[1] n̄rae *A B* culus *A*[1] primus circulus culus *A*[2] primus circ. *B* 16. articos *A* articus *B* secundus — habitabilis *om. A* terinus *B* 17. hisemerinus *A B* 18. exemerinus *A* eximerinus *B* antarticus *A B* 19. septemtrionalis *B*

X 1. Hygin. Astr. I 6. Schol. XIII 6. *similia tradiderunt.* Germ. p. 33 et Isid. Origg. III 43.

secundus solstitialis, tertius aequinoctialis, quartus hiemalis, quintus australis. De quibus Varro ita dicit:

At quinque aetheriis zonis accingitur orbis,
Ac uastant imas hiemes mediamque calores:
Sic terrae extremas inter mediamque coluntur.
Quam solis ualido numquam † ut auferat igne.

Quorum circulorum diuisiones talis distinguit figura. (*fig. III.*) 3. Sed ideo aequinoctialis circulus inhabitabilis est, quia sol per medium caelum currens nimium his locis facit feruorem, ita ut nec fruges ibi nascantur propter exustam terram nec homines propter nimium ardorem habitare permittantur. At contra septemtrionalis et australis circuli sibi coniuncti idcirco non habitantur, quia a cursu solis longe positi sunt nimioque caeli rigore uentorumque gelidis flatibus contabescunt. 4. Solstitialis uero circulus, qui in oriente inter septentrionalem et aestiuum est conlocatus, uel iste qui in occidente inter aestivum et australem positus est, ideo temperati sunt eo quod ex uno circulo rigorem, ex altero calorem habeant. De quibus Virgilius:

Has inter mediamque duae mortalibus aegris
Munere concessae diuum.

1. solesticialis A^1 solisticialis A^2 B quarclemalis B (to superscr.) quartus yemalis A 2. austradis *Varro Atacinus apud Wernsdorf. T. V. part. IIII. p.* 1403 *et Wüllner. p.* 24, *qui eosdem uersus in Salomonis Constantiensis glossario sub uoce 'zona' extare dicunt* 3. ad A^1 a B A^2 aetheriis *Scaliger* aethereus A aetheris B A^2 zanis B 4. hac B himas A^1 ia A^2 himis B ima *Salem.* hiemes *om.* B hiemis *Salem.* media B 5. media B caluntur. B 6. quā A B D quam E *Salom. et Ouet. Tolet. Macitan. Valent.* ualid° B numquā ut auferat A^1 B *et* E *superscr.* uis numqua afferat A^2 namquam auferat D numquam ut aufferra a *Ouet.* numquam aut auffera *Tolet. Malacit. Valent.* igne A^1 D E *Ouet. Tolet. Malacit. Valent.* ignē B A^2 qua solis calido numquam rota ferueat igne *Scaliger idem Areu. nisi quod* ualido. quas solis ualido numquam uis usserit igne *uel* qua solis ualidos numquam uis afferat ignes *uel* quas solis ualido numquam uis affet ab igni *ci. Grial.* quas solis ualido numquam aestu torreat ignis *Wülln.* 7. diuisiones *om.* A 9. istis *Areu.* 10. nascentur B^1 11. habitare ibi permittantur B ad A B^1 septemtrionales B^2 12. circuli et australis sibi A australes B^2 sibi — solis *om.* B cirsu A^1 13. frigore B A^2 l....dis B^1 14. solesticialis A^1 solisticialis B A^2 *et ita uterque semper* solestit. E *semper. sed* solstit. D *semper* in B^1 15. ÷ conlocatus A conlocatus est B 16. in A^1 australi B^1 17. frigorem B^1 A^2 *Virg. Georg. I* 237 19. mediumque A^1 mediam.que B

Sed qui proximi sunt aestiuo circulo, ipsi sunt Aethiopes nimio calore perusti.

XI. DE PARTIBVS MVNDI.

1. Partes mundi quattuor sunt: ignis, aer, aqua, terra. Quarum haec est natura: ignis tenuis acutus et mobilis, aer mobilis acutus et crassus, aqua crassa obtunsa et mobilis, terra crassa obtunsa inmobilis. Quae etiam sibi ita commiscentur: terra quidem crassa obtunsa inmobilis cum aquae crassitudine et obtunsitate conligatur, deinde aqua aeri crassitudine et mobilitate coniungitur, rursus aer igni communione acuti et mobilis conligatur; terra autem et ignis a se separantur, sed a duobus mediis aqua et aere iunguntur. Haec itaque ne confusa minus intellegantur, subiecta expressi pictura. (*fig. IIII.*) 2. Ceterum sanctus Ambrosius eadem elimenta per qualitates quibus sibi inuicem quadam naturae communione commiscentur ita his uerbis distinguit: 'Terra — inquid — arida et frigida est; aqua frigida adque humida, aer calidus adque humidus est; ignis calidus est et siccus. Per has enim iugales qualitates sic sibi singula commiscentur. Terra

1. e.tuo B^1 4. IIII B 5. ÷ A acutis A^1 6. crassus B crassa B terra — inmobilis *om.* B 7. commiscuntur A B *fort. recte*   crassa *om.* B^1 8. et inmob. B *Areu.*   crassitudine B conligantur A 9. crassitudine B 10. conliga.tur B 11. ad A *om.* B duob.s B^1 aquae B^2 aeri B^2 iungantur B^1 nec A B^1 12. minus *om.* B^1 c̄ligant A colligantur B subiuncta B expressit B 13. sc̄s A B 14. commiscuntur A miscuntur B 15. *Ambros. Hex. III* 4, 18   inquit B^2 atque B^2 16. Aaer A est et humidus B ÷ A *om.* B est et A adque B^1 atque B^2 17. as B^1 et sic sibi per has *Ambr.*   iugales A D *Ambr.*   iugabiles B E *Ouet. Areu.*   singuli A commiscuntur A commiscantur B

XI 2. Ambr. Hex. III 4, 18: Comprehendere autem sensibiliter et corporaliter si uelimus, uelut conexa et composita reperimus; ut si terra arida et frigida, aqua frigida et humida, aer calidus et humidus, ignis calidus et siccus; et sic sibi per has iugales qualitates singula miscentur elementa. Nam terra cum sit aridae et frigidae qualitatis, conectitur aquae per cognationem qualitatis frigidae, et per aquam aeri, quia humidus est aer. Ergo aqua tamquam brachiis quibusdam duobus frigoris et humoris altero terram, altero aerem uidetur amplecti, frigido terram, aerem humido. Aer quoque medius inter duo compugnantia per naturam — hoc est inter aquam et ignem — utrumque illud elementum conciliat sibi, quia et aquis humore et igni calore coniungitur. Ignis quoque cum sit calidus et siccus natura, calore aeri annectitur, siccitate autem in communionem terrae ac societatem refunditur, atque ita sibi per hunc circuitum et chorum quendam concordiae societatisque conueniunt. Vnde et Graece στοιχεῖα dicuntur, quae Latine elementa dicimus, quod sibi conueniant et concinant.

enim cum sit arida et frigida, coniungitur aquae per cognationem qualitatis frigidae; rursus aqua aeri per humorem, quia humidus est aer. Aqua enim quasi quibusdam duobus bracchiis frigoris adque humoris altero terram altero aerem uidetur conplecti, frigido quidem terram aerem humido. 3. Ipse quoque aer medius inter duo compugnantia per naturam — hoc est inter aquam et ignem — utrumque illud elimentum sibi conciliat, quia aquae humore et igni calore coniungitur. Ignis quoque cum sit calidus et siccus, calore aeri adnectitur, siccitate autem in communionem terrae sociatur, adque ita sibi per hunc circuitum quasi per quemdam chorum concordi societate conuenitur. Vnde et Graece στοιχεῖα dicuntur, quae Latine elimenta uocantur, eo quod sibi conueniant et concinant.' Quorum distinctam communionem subiecti circuli figura declarat. (*fig. V.*)

XII. DE CAELO.

1. Caelum spiritualiter ecclesia est, quae in huius uitae nocte sanctorum uirtutibus quasi claritate siderum fulget. Pluraliter autem caeli nomine sancti omnes uel angeli intelleguntur, siquidem per caelos etiam prophetas et apostolos accipere debemus, de quibus scriptum est: 'Caeli narrant gloriam dei;' utique quia ipsi aduentum et

1. nam terra cum sit aridae et frigidae qualitatis *Ambr.* et frigida *om.* *B* coiungitur *B* connectitur *Ambr.* cognitionem *B* qualitates B^1 qualitatis frigidae et per aquam aeri quia *Ambr.* 2. aque *A* p agnationem humorē *A* 3. uero *B* *Areu.* ergo aqua tamquam brachiis quibusdam duobus frigoris *Ambr.* frigoris *B* atque B^2 *semper* 4. uid&ter B^1 uid&tur B^2 quidem *om.* *Ambr.* 5. aer quoque *Ambr.* inter] est in *B* conpungnantia *A* conput..tia B^1 conputonamtia B^2 6. nam utrumque B^2 uelimentum *A* elimento B^1 7. conciliat sibi *Ambr.* qui B^1 coiungitur *B* 8. siccus natura *Ambr.* aere B^1 ÷ ·|· adnectitur *A* acnectitur *B* sic..citate *B* 9. terrae ac societatem refunditur atque *Ambr.* circuitum et chorum quendam concordiae societatisque *Ambr.* 10. quādam *B* quorum A^1 quarum A^2 q..... *B* concordia A^2 con.ordi B^1 concordie B^2 societatē B^2 conueniunt *Areu.* *Ambr.* 11. & & A^1 grecae. oena *A* grece ◡ era *B* graece *κοινά* '*libri omnes*' *Grialii* eo] e *A* ea *B* 12. conueniunt *A* *B* *Areu.* concinunt *Ar.* 16. sc̄orum *A* *B* uirtutibus ac exemplis *al.* claritate. *B* fulgit *A* B^1 17. sc̄i *A* *B* per *om.* *A* *B* 18. etiam p A^2 19. *Psalm.* 18, 2 enarrant *B* *Vulg.* dī *A* *B* qui et A^2 quod *Areu.* ipse *B*

mortem, ipsi quoque resurrectionem Christi uel gloriam mundo praedicauerunt. 2. De caeli autem nomine sic dicit sanctus Ambrosius in libris quos scripsit de creatione mundi: 'Caelum Graeco uocabulo *οὐρανὸς* dicitur, apud Latinos autem propterea caelum appellatur, quia inpressa stellarum lumina ueluti signa habens tamquam caelatum dicitur, sicut argentum quod signis eminentibus refulget caelatum uocatur.' Huius enim esse subtilem naturam etiam scriptura demonstrat dicens: 'quod firmauit caelum sicut fumum.' 3. Partes autem eius haec sunt: cohus axis clima cardines conuexa poli hemisphaeria. Cohus est quo caelum continetur, unde Ennius:

Vix solidum conplere cohum terroribus caeli.

Axis linea recta quae per mediam pilam sphaerae tendit, clima cardo uel pars caeli ut clima orientale et clima meridianum. Cardines extremae axis partes sunt. Conuexa extrema caeli. Poli ex caelestibus cyclis cacumina, quibus maxime sphaera nititur: quorum alter ad aqui-

1. χp̄i (2) *A B* gloa^m *B* adnuntiauerunt *B Areu.* 2. scs *A B semper.* 3. creatione *Areu.* ratione *A B* *Ambros. Hexaem. II* 4, 15 4. uranus *A B* nam caelum quod οὐρανὸς Graece dicitur, Latine quia *Ambr.* apellatur *B* 5. inpressa *om. B*¹ impssa *B*² uelut *Ambr.* habeat *Ambr.* dicatur *B*² appellatur *Ambr.* 6. refulgens *A* caelum *B*¹ dicimus *Ambr.* 7. suptilem *B* 8. *Isai.* 51, 6 firmauer *B*¹ firmauerit *B*² caeli sicut fumus liquescent *Vulg.* ὅτι οὐρανὸς ὡς καπνὸς ἐστερεώθη *Septuag.* partem *A* 9. haec sunt *om. B L Areu.* chous *A* cous *B L*² caus *L*¹ clima *om. A*¹ *Areu.* hiemis pferia *A*¹ hemis pferia *A*² hiemis....... *B*¹ emis pheria. *B*² 10. Cchous *A* cous *B* ÷ *A* quod *B*¹ *Areu.* continet *Areu.* enius *A*¹ et ennius *A*² *Ennius Ann.* 550 *Vahlen.* 11. solidum *Ilberg. ci.* compleuere *L* chou (2) *A* cous *B* 12. axis ē *B*² mediā *B* spiramn dit *A*¹ speraeten dit *A*² spe(re) tendit *B* clima — meridianum *om. Areu.* 13. climma *A B* climma *A B* orientalis *A B* & *B* ut *A* meridiana *A B*¹ 14. axes *A* axus *B*¹ extreme *B* ciclis *A B* circulis *Areu.* 15. spera *A B* ad] al *A*²

XII 2. Ambros. Hex. II 4, 15: Nam caelum, quod *οὐρανὸς* Graece dicitur, Latine quia impressa stellarum lumina uelut signa habeat, tamquam caelatum appellatur, sicut argentum quod signis eminentibus refulget, caelatum dicimus. Varro L. L. V 18: Caelum dictum, scribit Aelius, quod est caelatum.
3. Isid. Origg. III 35 et XIII 5: Axis est septemtrionalis linea recta, quae per mediam pilam sphaerae tendit, et dictus axis quod in eo sphaera ut rota uoluitur uel quia ibi plaustrum est. Isid. Origg. III 37 et 38. XIII 5: Cardines caeli extremae partes sunt axis. — — Conuexa autem caeli extrema eius sunt.
Hygin. Astr. I 3: Huius (*axis*) autem cacumina, quibus maxime sphaera

lonem spectans boreus alter terrae oppositus austronotus dictus est. Hemisphaeria duo sunt quorum alterum est super terram alterum subter terra. 4. Caelum ab oriente ad occidentem semel in die et nocte uerti sapientes existimant. Hunc autem rotundum atque uolubilem et ardentem esse dixerunt, cuius sphaera super aquas esse posita fertur, ut in ipsis uoluatur eiusque incendium temperent. Sphaeram autem confirmant nec principium habere nec terminum, pro eo quod rotunditate sui quasi circulus unde incipiat uel ubi desinat non facile conprehendatur, aequaliter enim ex omni parte fertur esse collecta et omnia similiter respiciens adque a centro terrae spatiis aequis distincta, ipsaque sui aequalitate ita stabilis, ut eam in nullam partem declinare undique aequalitas collecta permittat ac nullo fulcimento subuecta sustentetur. 5. Cuius perfectionem sphaerae uel circuli multis argumentationibus tractans rationabile Plato fabricatoris mundi opus insinuat, primo quod ex una linea constat, secundo quod sine initio est et sine fine, tertio quod a puncto efficitur, denuo quod motum ex se ha-

1. expectans *A* spectans *B* obpositus *B* austronicus *B* *cf. Schol. Germ. p.* 38 *Bühle. Hyg. Astr. I* 3 *uerba* alter adpositus Autro Notius est dictus *ex Isidoro emendanda.* 2. hemisphaeria — terra *om. Areu.* hiemis pferia *A*[1] hemis pferia *A*[2] hiemis speria *B*[1] hiemis spheria *B*[2] altera *B* et altera *B* 3. subter *al.* subtus *A* sub *B* caelum aū *A*[2] *B Areu.* in nocte *B* 4. uertis *A* dixerunt exestimant *A* hoc *B*[2] *Areu.* hac *B*[1] ac *B*[2] uolabilem *A* uolubile *B*[2] *Ar.* atque *B Areu.* 5. ardentem *A* ardente *B* ardens *Areu.* dixerunt *om. A* spera *B* speras *A* positas *A* esse putauerunt *Areu.* 6. ut] & *A* temperant *A* temperarent *B* speram *A B* 8. rotunditatis suae *A* in rotundum *Origg. III* 31, 1 incipiant *A* designat *B* 9. conprehenditur *A* 10. a. *B* aequis spatiis *B Areu.* distintta *A*[1] 11. nulla parte *B* 13. perfeccionem *A* spere *A B* multis *om. B*[1] 14. fabricatoris *B* 15. ex] ex. limarum V angulis | zoziacus dictus ex *A*[1] ex climatarum *et q. s. A*[2] ex linearū quinque zodiacus ductus ex *B* (dictus *B*[2]) linea *B*[1] constet *B*[2]

nititur, poli appellantur, quorum alter ad aquilonem spectans boreus, alter oppositus austro nothus est dictus. Schol. Germ. p. 38: Vertices extremos, circa quos sphaera caeli uoluitur, polos Graeci nuncupauerunt, e quibus unus est australis qui terrae obiectus a nobis numquam uidetur, alter autem septentrionalis qui boreus uocatur et numquam occidit.

4. Isid. Origg. III 30: Caelum philosophi rotundum uolubilem atque ardentem (*sic Gothici* uolubile atque ardens *Ottonis libri*) esse dixerunt.

Isid. Origg. III 31: Hanc sphaeram nec principium habere dicunt nec terminum, ideo quod in rotundum quasi circulus unde incipiat uel ubi desinat non facile comprehenditur.

beat, deinde quod careat indicio angulorum et quod in se ceteras figuras omnes includat et quod motum inerrabilem habeat, siquidem sex alii motus errabiles sunt, ante, a tergo, dextra laeuaque, sursum deorsumque; postremo et quod necessitate efficiatur, ut haec linea ultra circulum duci non possit. 6. Duo sunt autem, ut diximus, axes quibus caelum uoluitur — boreus, quem nos aquilonium uocamus — hic ἄρκτα sunt, id est septentriones, qui nobis semper apparent — cui contrarius est notius qui australis dicitur — hic est qui terra, ut ait Cicero, tegitur et ἀφανής a Graecis nominatur. Tanta autem polus celeritate ferri dicitur, ut nisi aduersus eius praecipitem cursum astra currant mundi ruinam faciant, unde et Lucanus:

Sideribus quae sola fugam moderantur olympi,
Occuruntque polo, diuersa potentia . .

XIII. DE VII PLANETIS CAELI ET EORVM CONVERSIONIBVS.

1. Ambrosius sanctus in libro Hexaemeron sic loquitur dicens: 'Legimus in Dauid: "Laudate eum caeli caelorum." Vtrum enim unum

1. iudicio *A B* incisione *susp. Grial.* angelorum *A*² se *om. A* ceteras] stellarum *A B libri omnes Grialii* 2. inerrabile *A*¹ inennarrabile *A*² inennarrabilem *B* 3. motos *B*¹ ...rabiles *A*¹ inennarrabiles *A*² inerrabiles *B* sint *A* at ergo *A* ergo *B* rursum *A* deorsum *Areu.* 4. postremum *A B* ut] ..ut *B* ut & *A* haec] ec *B*¹ extra *B* 5. axes *A B O* poli *Areu.* 6. borreus *A* boreas *B* aquilonē *B A O* hinc *O* 7. arctoe *B* arcte *A*¹ arcio *A*² ardua *O* id est *om. A*¹ idem *A*² septentrionis *A* 8. nocius *A*¹ nocthus *A*² nothus *B* notus *O* terram *A* terra tegitur *B O* terram tegitur *A*² *Cic fragm. inc. libr. III* 15 *p.* 580 *Orelli.* tegitur] terra tegitur *B A*² *om. O* 9. afane | sa *A* afanis *B* fanera *O* popülus *A*¹ 10. aduersarius *A* precipientē *A* 11. current *A* ruina *B* faciunt *A*¹ fertur enim eius praeceps uolubilitas cursu siderum temperari *add. B A*² *Areu.* (eius *om. A*² cursum *B A*²) lucanus locutus est *B* *Lucan. Phars. X* 199 12. sidera *B* quod *B* olimpi *A B* 13. diuersa *B* potencia & cursu *A* potencia cursu *B* potentia prima Mundi lege data est *Lucan. Areu.* 14. planetes *B*¹ 15. scs ambrosius *B* exameron *A B* *ex Ambr. Hex. II* 2 *excerpsit haec Isid.* 16. legitur *B* *psalm.* 148, 4

Isid. Origg. III 34: Tanta celeritate caeli sphaera dicitur currere, ut nisi aduersus praecipitem eius cursum astra currerent, quae eam remorarentur, mundi ruinam faceret.

XIII 1. Ambros. Hex. II 2, 5. 6: Sed prius consideremus quid sit firmamentum, utrum ipsum sit quod in superioribus caelum appellauit an aliud, et sint duo caeli an plures. Nam sunt

sit caelum an plures contentio est, dum aliqui multos esse asserunt, alii autem praeter unum alios esse negant. Philosophi autem mundi septem caelos — id est planetas — globorum consono motu introduxerunt, quorum orbibus conexa memorant omnia, quos sibi innexos et uelut insertos uersari retro et contrario ceteris motu ferri arbitrantur.' Siquidem in ecclesiasticis libris et 'caeli caelorum' leguntur et apostolus Paulus usque ad tertium caelum fuisse se intellegit raptum. Sed de numero eorum nihil sibi praesumat humana temeritas. Fecit autem eos deus non informes uel confusos sed ratione quadam ordine suo distinctos, nam superioris circuli caelum proprio discretum termino et aequalibus undique spatiis collectum ostendit adque in eo uirtutes spiritalium creaturarum constituit. Cuius quidem caeli naturam artifex mundi deus aquis temperauit, ne conflagratio superioris ignis inferiora elimenta succenderet, dehinc circulum inferioris caeli non uniformi sed multiplici motu solidauit nuncupans eum firmamentum propter sustentationem superiorum aquarum.

1. aliquit *B*¹ asserant *A B* 2. ꝑpter *A* alius *B*¹ 3. planetarum globus *Areu. Isid. Origg. III* 31, 2 mutu *A B*¹ 4. urbibus *B*¹ connexa *B* aquos *B*¹ inexos *B* innexus *B*² 5. et ut uelut *A* insertis *A* aecontrario *A* e contrario *B Isid. l. l.* ceteros *A* certis *B* motus *A* motibus *B* ceteris motibus *Isid. l. l.* arbitratur *B* 6. *lib. eccles.* 16, 18 et *om. A* 7. apostolo. paulu. *B*¹ apostolū paulū *B*² fuisse se] fuisse. *B* intellegit' *A* intellegimus *B* raptus *B*¹ raptūs *B*² 8. timeritas *A* 9. ds̄ *A B* informis *B*¹ inconfusos *A* 10. superiores *B* discretam *B*¹ terminum *B*¹ 11. et *om. A*¹ extendit *B* ex.tendit *B* uirtute *B*¹ 12. spitaliāı *B* spiritualium *Areu.* constitu& *B*¹ 13. ds̄ *A B* nec *B* conflagrantio *B* conflagranciae *A* 14. succenderit *B*¹ 15. umformis *A* uniforme *B* motum *B* noncupans *B*¹ cum *om. B* 16. sustencacionem *A*¹ multarum superiorum *B A*² sustentationem solidatam aquarum supernarum *al.*

qui unum caelum esse dicunt nec alterius caeli faciendi, cum esset una hyle, ut ipsi aiunt, potuisse suppetere substantiam, quoniam cum omnis superiori caelo esset expensa, nihil reliqui fuit, quod ad aedificationem secundi caeli tertiiue proficeret. Alii uero innumeros caelos et mundos esse asserunt, quos irrident sui. — — Itaque nos non solum secundum sed etiam tertium caelum esse negare non possumus, cum apostolus raptum se ad tertium caelum scriptorum suorum testificatione confirmet. Dauid etiam caelos caelorum in illo laudantium dominum consituit choro, quem imitantes philosophi quinque stellarum et solis et lunae globorum consonum motum introduxerunt, quorum orbibus uel potius globis conexa memorant omnia, quos sibi innectos et uelut insertos uersari retro et contrario ceteris motu ferri arbitrantur. Isid. Origg. III 31, 2.

XIIII. DE AQVIS QVAE SVPER CAELOS SVNT.

1. Haec est Ambrosii sententia: 'Aquas super caelos sapientes mundi aiunt esse non posse dicentes igneum esse caelum, non posse concordari cum eo naturam aquarum. Addunt quoque dicentes rotundum ac uolubilem adque ardentem esse orbem caeli et in illo uolubili circuitu aquas stare nequaquam posse. Nam necesse est ut defluant et labantur, cum de superioribus ad inferiora orbis ille detorquetur ac per hoc nequaquam eas stare posse aiunt, cum axis caeli concito se motu torquens eas uoluendo effuderit. 2. Sed hi tandem insanire desinant adque confusi agnoscant, quia qui potuit cuncta creare ex nihilo, potuit et illam aquarum naturam glaciali soliditate stabilire in caelo. Nam cum et ipsi dicant uolui caeli orbem stellis ardentibus refulgentem, nonne diuina prouidentia necessario prospexit, ut intra orbem caeli redundaret aqua, quae illa feruentis axis incendia temperaret?'

XV. DE NATVRA SOLIS.

1. Haec sunt uerba Ambrosii in libro Hexaemeron: 'Solem, inquid, philosophi negant calidae esse naturae eo quod albus sit non ru-

1. sup caelo *A* de aquis cęlestibus *B* 2. *ex Ambr. Hex. II* 3, 9 *excerpsit Isid.* supra *B* 3. non] nec *B* 4. concordare *A* 5. hac *B*¹ uolubile• *B* uolubili *B* 6. necesest *A* 7. labentur *A B* detorquitur *A* 8. haxis *B*¹ 9. effunderit *A B* hiĭ *A* tamdem *B*¹ desinant *om. A* 10. cuncta — potuit *om. A* crea••re *B* ni•hilo *B* 11. illum *A* ill•m *B*¹ glaciali *B* solidate *A B* 12. dicunt *A* uolui• *B* 13. necessarioo *A* 14. feruenti *A* 16. exameron *A B*² examiron *B* *Ambr. Hex. II* 3, 14 inquit *B* 17. mature *A*¹ albos *B*¹ et non *B*

XIIII 1. Ambr. Hex. II 3, 9: Et primo uolunt id destruere quod frequenti scripturarum lectione inolitum nostris et impressum est mentibus, quia aquae super caelos esse non possint, dicentes rotundum esse orbem illum caeli, cuius in medio terra sit et in illo circuitu aquam stare non posse, quod necesse est defluat et labatur, cum de superioribus ad inferiora decursus est. Quo modo enim aqua super orbem — ut aiunt — stare potest, cum orbis ipse uoluatur? II 3, 12: Deinde cum ipsi dicant uolui orbem caeli stellis ardentibus refulgentem, nonne diuina prouidentia necessario prospexit, ut intra orbem caeli et supra orbem redundaret aqua, quae illa feruentis axis incendia temperaret?

XV 1. Ambr. Hex. II 3, 14: Tantum autem inest illis impugnandi studium, ut solem ipsum negent calidae naturae esse eo quod albus sit, non rubicundus aut rutilus in speciem ignis; et ideo aiunt, quod nec ignitus natura sit et si quid habet caloris, ferunt ex nimio motu conuersionis accidere. Quod ideo dicendum putant, ut nihil uideatur humoris consumere, quia calorem quo humor uel minuitur uel ple-

bicundus aut rutilus in speciem ignis et ideo quod nec ignitus natura sit. Si quid habet caloris, ferunt per nimium motum conuersionis accidere: quod ergo dicendum putant, ut nihil uideatur humoris consumere, quia calorem quo humor uel minuitur uel plerumque exuritur non habet naturalem. Sed nihil agunt cum ista proponunt, quia nihil interest utrum ex natura calorem quis habeat an ex passione uel ex aliqua causa.' 2. Nos autem credimus eum sicut habere uirtutem inluminandi, ita etiam uaporandi. Igneus enim est sol, ignis autem et inluminat et exurit. Quidam autem dicunt solis ignem aqua nutriri et e contrario elimento uirtutem luminis et uaporis accipere; unde frequenter solem uidemus madidum adque rorantem, in quo euidens dat indicium, quod elimentum aquarum ad temperiem sui sumpserit. 3. Hoc quantum ad naturam eius pertinet. Ad uero iuxta spiritalem intellegentiam sol Christus est, sicut in Malachia scribitur: 'Vobis autem qui creditis orietur sol iustitiae et sanitas in pinnis eius.' Merito autem Christus sol intellegitur dictus, quia ortus occidit secundum carnem et secundum spiritum de occasu rursus exortus est. Item sol inluminat et exurit et

1. rutilans *A* spetie *uidetur* B^1 *scripsisse* spec$\overset{i}{.}$e B^2 ideo aiunt *Ambr.* 2. calores B^1 prae nimio motu *Areu.* ex nimio motu *Ambr.* nimio B^1 moitum *B* accedere *A* B^1 3. ideo *Ambr. Areu.* nichil B^1 humores A^2 4. plerumque *om. B* exorietur *B* exhauritur *Ambr. Areu.* 5. nichil B^1 6. aut aliqua ex causa *Ambr.* alia *Areu.* 7. *Ambr. Hexaem. IIII* 3, 9 8. est enim *Areu.* ...enim$^{\bar{e}}$ *B* 9. ign.em B^1 ig . em B^2 aquam *A B* ex *B Areu.* 10. elimenta *A* uaporandi *B* *Ambr. Hex. II* 3, 13 accepere B^1 11. uidimus *B* uideamus *Areu.* 12. sumserit B^1 *h&...* *B* 13. a B^1 at B^2 14. χp̄s *A B semper* malachi · am *A* scriptū ē *B Areu.* *Malach.* 4, 2 15. et orietur uobis timentibus nomen meum *Vulg.* Iustitiae *B* in] insanitas *A* pennis A^2 B^2 16. dictus *om.* B^1 17. exur& B^1

rumque exhauritur, non habet naturalem. Sed nihil agunt, cum ista componunt, quia nihil interest utrum ex natura calorem quis habeat an ex passione aut aliqua ex causa.

2. Ambr. Hex. IIII 3, 9: At uero sol non solum uirtutem illuminandi habet sed etiam uaporandi, igneus est enim. Ignis autem et illuminat et exurit.

Schol. Germ. p. 108: Sol interea dum igneus sit, prae nimio motu conuersionis suae amplius incalescit. Cuius ignem dicunt philosophi aqua nutriri et e contrario elemento uirtutem luminis ac caloris accipere, unde uidemus eum saepius madidum atque rorantem. Ambr. Hex. II 3, 13: Unde frequenter et solem uidemus madidum atque rorantem. In quo euidens dat indicium, quod alimentum sibi aquarum ad temperiem sui sumpserit.

opaco tempore confouet sanos, febricitantes uero flagrantia geminati caloris incendit, ita et Christus credentes fidei spiritu uegetante inluminat, negantes se aeterni ignis ardore torrebit.

XVI. DE QVANTITATE SOLIS ET LVNAE.

1. Rursus in eodem opere doctor idem ita testatur: 'Solis radius nulli propior nulli longinquior est. Similiter et lunae globus aequalis est omnibus. Similis sol et Indis et Brittanis eodem momento uidetur cum oritur nec uergens in occasum minor apparet orientalibus, nec occidentalibus cum oritur inferior quam orientalibus existimatur. "Quantum distat," inquit, "oriens ab occasu," tantum haec sibi inuicem distant, sed sol a nullo distat, nulli praesentior nullique remotior est. 2. Neque moueat quemquam, quod tamquam cubitalis in orbe suo uideatur cum oritur, sed considerari oportet quantum intersit spatii inter solem et terram, quod aspectus nostri infirmitas et quaedam aegritudo uix ualet intendere.' Hunc autem ampliorem quam terram aliquod par-

1. tempore] sopore *al.* uero *om. B* flagranciae *A* 2. calor*is* *B* ince^{n}d*it* *B* credente B^1 uegitante A^1 3. ⁄ igni ⁄. ignis *A* tor*r*ebit *B* 4. quantite *A* 5. *Ambros. Hex. IIII* 6, 25 6. proprior *A* prop•or *B* longior *B* est *om. A* simili B^1 7. hominibus B^1 et] est *B* indiis *A B* brittaniis *A* B^1 bri•taniis B^2 momento ab utrisquae *A B* uideatur *A* sol est et Indis et Britannis, eodem momento ab utrisque *Areu.* 8. conuergit B^1 cunuergit B^2 cum uergit *Areu. Ambr.* 9. exestimatur A^1 aestimatur *Ambr. Areu.* *psalm.* 102, 12 10. inquit B^2 ortus ab occidente *Vulg.* tantum *om. Ambr.* inluccm *A B* 12. tc moueat *Ambr.* ubitalis B^1 urbc *B* uideatur *A Ambr.* uidetur *B Areu.* 13. considerare *A Areu* considcra *Ambr.* 14. aspectu B^1 infirmitas sine magno sui non potest transire dispendio *Ambr.* 15. aliquid *A* aliquo*t* *B* partitius *A corr. eadem man.* ampliorem aliquo*t* partibus quam terram *B Areu.*

XVI 1. Ambr. Hex. IIII 6, 25: Solius radius nulli propior, nulli longinquior est, similiter et lunae globus aequalis est omnibus. Similis sol et Indis et Britannis eodem momento uidetur cum oritur, nec cum uergit in occasum minor apparet orientalibus quam occidentalibus nec occidentalibus cum oritur inferior quam orientalibus aestimatur. 'Quantum distat — inquit — oriens ab occidente?' Haec inuicem sibi distant, sed sol a nullo distat, nulli remotior est. Neque te moueat quod tamquam cubitalis tibi orbis uideatur solis cum oritur, sed considera quantum intersit spatii inter solem et terras, quod aspectus nostri infirmitas sine magno sui non potest transire dispendio.

tibus sapientes describunt. 3. Lunam autem minorem esse dicunt antiqui quam solem; omnia enim quae proxima sunt nobis maiora uidentur, longinquitate autem locorum uisus languescit. Lunam autem uidemus prope nos esse nec eam maiorem aspectui nostro quam solem; ideoque cum sol longe superior sit a luna et tamen a nobis maior uidetur, iam si prope nos accesserit, multo maiorem futurum.

XVII. DE SOLIS CVRSV.

1. Dicunt antiqui Aratus et Hyginus solem per se ipsum moueri, non cum mundo uerti uno loco manentem. Nam si fixus maneret, necesse erat eodem loco occidere et exoriri a quo pridie fuerat exortus, quemadmodum cetera siderum signa oriuntur et occidunt; praeterea si ita esset, consequens erat dies et noctes omnes aequales esse, et quam spatiosus hodiernus dies esset, tam longus semper esset futurus.

1. sapientes esse *B* discribunt *B* aū *A om. B Areu.* antiqui *om. B Areu.* 3. languiscit *B*[1] igitur *B* ergo *Areu.* 4. proxima nobis *B* 5. ad luna *B* tamen nobis *B* 6. nob *B*[1] accerserit *A B* multum *B* futurū uiderēmus esse *B nisi quod m.* 1: futuru uiderimus 8. oratius *B* *Schol. Germ. p.* 108 ignus *A* I.genus *B ita ut* higenus *scriptum fuisse suspiceris* *Hygin. Astr. IIII* 13 10. exorare *A*[1] 11. quemadmodo *B*[1] 12. esse *B*[1] esse aequales *B Areu.* 13. odiernus *A B* esse *B*[2]

3. Hygin. Astr. IIII 14: Hinc etiam possumus intellegere lunam minorem esse quam solem (esse sole *M*[2] *B*); omnia (enim *add. B P*) quae proxima sunt nobis maiora necesse est esse (uideri *ci. Areu.*) quam quae longo discedente interuallo uidemus. Igitur lunam uidemus proxime nos esse neque eam maiorem (minorem *R P*[2]) aspectui nostro quam solem. Illud quoque necesse est cum sol non longe absit a luna et a nobis maior (nobis et maior *R*) uidetur, si prope (nos *add. P*) accesserit multo maiorem futurum.

XVII 1. Schol. Germ. p. 108: Solem per se ipsum constat moueri non cum mundo uerti. Hygin. Astr. IIII 13: Necesse est enim solem aut ipsum per se moueri aut cum mundo uerti uno loco manentem. Quod si maneret, necesse erat eodem loco occidere et exoriri a quo pridie fuerat exortus, quemadmodum signa eodem loco semper oriuntur et occidunt. Praeterea si ita esset, necesse erat (necessaria *R*) dies et noctes omnes aequales esse ut quam (longus *add. PB*) hodiernus dies fuerit, tam longus semper sit futurus. Item nox simili ratione semper aequalis permaneat, quod (qua *M*[1] quae *P*) quoniam non est, illud quoque necesse est cum uideamus esse dies inaequales et (inaequales et *om. M*[1] *R P*) solem alio loco hodie occasurum et alio heri occidisse. Si igitur aliis locis occidit et oritur, necesse est eum moueri non stare. Isid. Origg. III 49, 1: Solem per se ipsum moueri non cum mundo uerti dicunt, nam si fixus caelo maneret, omnes dies et noctes aequales existerent, sed quoniam alio loco cras occasurum alio occidisse hesterno uidemus, apparet eum per se ipsum moueri, non cum mundo uerti.

2. Nox quoque simili ratione semper aequalis permaneret. Sed quoniam inaequales dies aspicimus et solem alio loco cras occasurum, alio occidisse hesterno uidemus, ideo quia diuersis locis occidit et exoritur, putant eum idem philosophi nequaquam cum mundo fixum uolui sed ipsum per se moueri. Qui postquam ardentem rotam oceano tinxerit, per incognitas nobis uias ad locum unde exierat regreditur expletoque noctis circulo rursus de loco suo festinus erumpit, obliqua enim et fracta linea per austrum pergit ad boream et ita ad orientem reuertitur. Hiemis autem tempore per plagam meridianam currit, aestate uero septentrioni uicinus est. Sed quando per austrum currit, uicinior terrae est; quando uero iuxta septentrionem sublimis adtollitur. 3. Cui ideo deus diuersa cursus constituit loca et tempora, ne dum semper in isdem moraretur locis cotidiano ea uapore consumeret. 'Sed — ut Clemens ait — diuersos accipit cursus, quibus aeris temperies pro ratione

1. permanet *B* $\overset{2}{\mathrm{qm}}$ *A B* 2. .alio *B* occasurum] oriturum *al.* 3. externo A^1 B^1 esterno A^2 uidimus *B* uideamus *Areu.* adeo *A B* occid& *A* et *om.* B^1 4. idem *om. B Areu.* uoluit B^1 5. se B^1 rotam *om.* B^1 ociano A^1 7. circulo. *B* 9. plaga B^1 meridianum B^1 curr& *A* 11. septemtrio | onem *A* sublimi *A* adtollitur *B* cui ideo] cui *A* ^{cui}ideo *B* 12. hisdem B^1 13. cottidiano *B* ea *om. B* uapore t̄ras *B* ut] et *A* *Clemens Recogn. VIII* 45 *in patrum oper. ed. Cotelerius et Clerius* 14. diuersus B^1 temparies B^1

3. Ambros. Hex. II 3, 14: Vel hinc saltem contemplatur solis calorem, quo diuersa ei deus constituit cursus sui loca et tempora, ne si semper in iisdem moraretur locis, quotidiano ea uapore exureret. Clemens. Recogn. VIII 45 uers. Rufini Torani: Haec ergo deus posuit in caelo, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensetur et ordo uicissitudinum permutationumque seruetur. Horum autem ipsorum ministerio et si quando pro peccatis hominum plaga et correptio terris inicitur, perturbatur aer, lues animantibus, corruptio frugibus, pestilens per omnia mortalibus annus inducitur et ita fit, ut uno eodemque ministerio et seruetur ordo et corrumpatur. Etenim palam est incredulis et imperitis, quod cursus solis utilis et necessarius mundo per prouidentiam datus semper ordinatus habeatur. Lunae uero ad comparationem cursus solis in augmentis et detrimentis suis apud imperitos inordinati cursus uidentur et incompositi. Nam sol certis distinctionibus et ordinatis mouetur, ex ipso enim sunt horae, ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso etiam nox cum occiderit, ex ipso menses et anni numerantur, ex ipso uicissitudines temporum fiunt, dum ad superiora conscendens uer temperat; ubi autem ad summum caeli uenerit, aestiuos accendit calores; decidens rursus autumni temperiem reddit; ubi uero ad inferiorem redierit circulum, ex glaciali compage caeli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit. Isid. Origg. III 50, 2: cui ideo — derelinquit.

temporum dispensetur, et ordo uicissitudinum permutationumque seruetur. Nam dum ad superiora conscenderit, uer temperat: ubi autem ad summum caeli uenerit, aestiuos accendit calores, descendens rursus autumni temperiem reddit; ubi uero ad inferiorem circulum redierit, ex glaciali conpage caeli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit. 4. Ex ipso enim sunt horae, ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso etiam nox cum occiderit, ex ipso menses et anni numerantur, ex ipso uicissitudines temporum fiunt, et cum sit iste minister bonus, gratus ad uicissitudines temporum moderandas, tamen ubi secundum uoluntatem dei correptio mortalibus datur, incandescit acrius et urit mundum uehementioribus flammis et perturbatur aer, et plaga hominum et correptio terris inicitur et lues animantibus, et pestilens per omnia mortalibus annus inducitur.' 5. Quod autem sol oriens per austrum — id est, meridianum — iter habet et decursa australi parte inuisibilis uadit in locum suum rediens, ad instar quippe ecclesiae est fabricatus hic mundus, in quo dominus Iesus Christus sol aeternus partem suam percurrit, unde et meridiannm uocant, aquiloni uero — id est aduersae parti — non oritur, sicut idem cum in iudicio uenerit dicent: 'Iustitiae lumen non luxit nobis et sol non est ortus nobis.' Timentibus autem dominum orietur sol iustitiae, et sanitas in pinnis eius, sicut scriptum est. Malis uero meridies nox est, sicut legitur: 'Dum sustinent ipsi lumen, factae sunt illis tenebrae; dum sustinent ipsi fulgorem, in obscura nocte ambulauerunt.'

1. dispensatur *A* remutinūque B^1 premutationūque B^2 2. ad *omissum eadem m. add. A* superiore B^1 conscender& B^1 uaer *A* aer A^2 3. caelum *Areu.* uenerit *B* aestiuus *A* estiuos *B* caloris *B* decidens *B Clemens.* rursum *B* 4. autumno *B* redd& *A* redierit circulum *B Clemens. Areu.* 5. iberni B^1 derelinqu& *A B* 6. orae B^1 7. occider& A^1 mentes *A sed corr. eadem man.* 8. et *om. B* gratus *A B C D E* genitus *Areu.* uicissitudinem *A D E* uicessitudines B^1 10. incandiscit B^1 acrius *B* uemencioribus *A* | •uehementioribus *B* 11. corruptio *Areu.* 12. initi-tur *A* 14. meridianam *A* habeat *A* decursu *A B* au-stra••s B^1 australi• B^2 iuisibilis B^1 uad& A^1 15. istar *B* fabricatus est *B Areu.* 16. dn̄s ihs̄ χp̄s 17. uocat *A B* 18. iudiciu B^2 uenerint *A* uenerint *B* *lib. sapient.* 5, 6 19. sol intellegentiae *Vulg.* 20. oritur B^1 oretur B^2 pennis A^2 B^2 21. *Malach.* 4, 2. meridie non est set nox est *B* *uerba mihi ignota* ipsi *om. B Areu.*

XVIII. DE LVMINE LVNAE.

1. Ait sanctus Augustinus in psalmi decimi expositione: 'Quaeritur enim — inquid — unde habeat luna lumen. Duae tantum opiniones traduntur, sed quae sit harum uerax, dubium fertur posse quemquam scire.' Alii namque dicunt proprium eam habere lumen, globique eius unam partem esse lucifluam, alteram obscuram et dum moueatur in circulo suo, eandem partem qua lucet paulatim ad terras conuerti, ut uideri a nobis possit, et ideo prius quasi corniculato lumine fulget. 2. Nam et si formes pilam ex parte media candidam et ex parte obscuram, tunc eam partem quae obscura est si coram oculis habeas, nihil candoris aspicies; cum coeperis illam candidam partem paulatim ad

2. agustinus *A* decimi dicitur *A* *August. Enarr. in ps. X* 3. 3. inquit *B* duo *A* 4. quo B^1 si *B* horum *A* arum B^1 dubie B^2 5. a lunamque *A* 6. aliam *B Areu.* mouetur *A* 7. • circulo *B* quam *A B* a B^1 8. fulgit *A* B^1 9. fifor | mis *A* 10. qua *A* B^2 quam B^1 curam A^2 •• coram *B* 11. candorem *A* caeperis *A* ceperis B^1

XVIII 1—3. August. Enarr. in ps. X 3: Duae sunt de luna opiniones probabiles, harum autem quae uera sit, aut non omnino aut difficillime arbitror posse neminem scire. Cum enim quaeritur, unde lumen habeat, alii dicunt suum habere, sed globum eius dimidium lucere, dimidium autem obscurum esse, dum autem mouetur in circulo suo, eandem partem qua lucet paulatim ad terras conuerti, ut uideri a nobis possit et ideo prius quasi corniculatam apparere. Nam et si facias pilam ex dimidia parte candidam et ex dimidia obscuram, si eam partem quae obscura est ante oculos habeas, nihil candoris uides et cum coeperis illam candidam partem ad oculos conuertere, si paulatim facias, primo cornua candoris uidebis, deinde paulatim crescit, donec tota pars candens opponatur oculis, et nihil obscurae alterius partis uideatur: quod sibi perseueres adhuc paulatim conuertere, incipit obscuritas apparere et candor minui, donec iterum ad cornua redeat et postremo totus ab oculis auertatur, ac rursus obscura illa pars sola possit uideri: quod fieri dicunt, cum lumen lunae uidetur crescere usque ad quintam decimam lunam et rursus usque ad tricesimam minui et redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. — — Alii autem dicunt non habere lunam lumen proprium sed a sole illustrari; sed quando cum illo est, eam partem ad nos habere qua non illustratur, et ideo nihil in ea lucis uideri; cum autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte quam habet ad terram et necessario incipere a cornibus, donec fiat quinta decima contra solem, tunc enim sole occidente oritur, ut quisquis occidentem solem obseruauerit, cum eum coeperit non uidere, conuersus ad orientem lunam surgere uideat atque inde ex alia parte cum ei coeperit propinquare, illam partem ad nos conuertere qua non illustratur, donec ad cornua redeat atque inde omnino non appareat: quia tunc pars illa quae illustratur, sursum est ad caelum, ad terram autem illa quam radiare sol non potest. Schol. Germ. p. 109: Hanc quidam philosophorum dicunt proprium lumen *non* habere, globique eius unam partem esse lucifluam, aliam uero obscuram et paulatim se uertendo diuersas formas efficere. cf. Isid. Origg. III 52.

oculos conuertere, primum ueluti cornua candoris uidebis, dehinc sensim crescit, donec tota pars candens opponatur oculis et nihil obscurum alterius partis uideatur, quam si denuo paulatim conuerteris, incipit obscuritas apparere et candor minui, donec iterum ad cornua redeat ac sic totus candor ab oculis auertatur et sola iterum obscura pars possit uideri. Quod fieri dicunt, cum lumen lunae uidetur crescere usque ad quintam decimam et rursus usque ad tricesimam minui et redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat. 3. At contra alii dicunt lunam non suo fulgere lumine sed a sole accipere lumen, sol enim illi loco superior est. Hinc euenit ut quando sub illo est, parte superiore luceat, inferiore uero quam habet ad terras obscura sit. Cum uero ab illo decedere coeperit, inlustretur etiam ex ea parte quam habet ad terras incipiens a cornibus. Sicque paulatim sole longius recedente pars omnis subterior inluminatur, donec efficiatur quinta decima luna. Post dimidium autem mensem cum coeperit ex alio semicirculo propinquare soli, quanto magis a superiore parte inlustratur, tanto magis ab ea parte quam terris auertit non potest excipere radios solis et propterea uidetur decrescere.' 4. Illud manifestum est et cuilibet aduertenti facile cognitum, quod luna non augeatur ad oculos nostros nisi a sole recedendo neque minuatur nisi ad solem ex parte alia propinquando. Ab illo ergo accipit lumen et cum sub illo est, semper exigua est; cum uero ab illo longius abcesserit, fit ampla suoque ambitu plena.

2. criscit *B* crescet *Areu.* obponatur *B* nichil *B* 3. quasi *A* 4. obscura B^1 iterum obscura pars ad *B* rediat B^1 5. hac B^1 si *A B* 6. possi B^1 criscere B^1 7. XVdecimam *B* et rursusque a B^1 tricessimam *A* 8. nichil B^1 at *B* ad *A* 9. fulgore *A* lumine. *B* 10. hic B^1 11. superiora *A* luciat B^1 12. dec&dere B^1 discedere *Areu.* ceperit *A* B^1 etiam *om. Areu.* ex ea] & ea *A* a *B* 13. discidente B^1 descedente B^2 discedente *Areu.* 14. ..subterio B^1 XV *B* Xuma *A* 15. dimedium *A* ceperit *A* B^1 propinquare *B* 16. a *om. B Areu.* 17. qua *A B* terras A^1 uestit *A B* radius *A* 18. uideatur B^2 decresscere *A* decriscere B^1 decrescere B^2 illud certe *B Areu.* & cuius auertendi *A* &... cuius (ad)uerten*ti* *B* 19. oculis B^1 nris hđ | nisi a sole ex parte *B* *quae exciderunt secunda ut uidetur manus in inferiore margine sic scripsit:* hp nisi a sole recedendo neque minuatur 20. a sole *A B* propinquanda B^1 21. accepit *A* 22. abscesserit *A* B^2 accesserit B^1 amplia B^1 ambito B^1 plana B^1

Si enim suo lumine uteretur, necesse erat semper eam esse aequalem nec die tricensima exilem fieri, et si suo lumine uteretur, huius numquam eclipsis fieret.

5. Ceterum quantum ad intellectum pertinet mysticum, luna huius mundi speciem tenet, quia sicut ista menstruis conpletionibus deficit, ita mundus ad conpletionem temporum currens cotidianis defectibus cadit. Luna quippe elimenti sui uarietate diuersis cursibus desinit ut crescat, crescit ut desinat; sed ideo alternis uicibus commutationem sideris repraesentat, ut doceat homines ex ortu morituros et ex morte uicturos; adque ideo cum senescit mortem corporum prodit, cum augetur aeternitatem indicat animarum. 6. Nonnumquam uero eadem luna etiam ecclesia accipitur, pro eo quod sic ista a sole sicut ecclesia a Christo inluminatur. Sicut enim luna crescit adque deficit, ita ecclesia defectus habet et ortus. Frequenter enim defectibus suis creuit et his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur et confessorum martyrio coronatur. Item sicut luna larga est roris et dux humentium substantiarum, ita ecclesia baptismi et praedicationum: et quemadmodum luna crescente omnes fructus crescunt adque ea minuente minuuntur; non aliter intellegimus et ecclesiam, in cuius incremento proficimus cum

1. suo — eam *om.* *A* uteritur *B*¹ qualem *B*¹ 2. tricissima *A* exsilem *A* numqua *B* 3. fieri *B*¹ 4. quamtum *B*¹ ad] & *A* misticum *A B*¹ 5. sicut est ista *A* mdnstruis *B*¹ conpleaoribus *A* co.mpletionibus *B* defecit *A B* 6. conpleccionem *A* conflationem *Areu.* cottidians *B*¹ diffectibus *B*¹ deffectibus *B*² 7. cad& *A B* In lunae *A* deelimentis *A* elementi *B* desin& *A* disinit *B*¹ 9. representis *A* representant *B* moriturus *A* orituros *B* 10. uicturus *A* atque *B* senec...sit *B*¹ prodiit *A* agetur *A* auge.tur *B* 11. inducat *B*¹ 12. quod *om.* *A* sicut — sic *Areu.* 13. defecit *A B*¹ deficit atque crescit *B* *Areu.* 14. diffectos *B*¹ ortos *B*¹ 15. persetionibus *B*¹ martirio *B*¹ 17. baptism*i*.. *B* predicacionem *A* et *om.* *B* q:madmodum *B*¹ 18. fructi *A* fluctus *ci.* *Areu.* crescunt & om̃s fructos *B* inuente *B*¹ 19. ecclesia in crem̃ | to *A*

4. Hygin. Astr. IIII 14: Si enim suo lumine uteretur, illud quoque sequebatur eam semper aequalem esse oportere nec die tricesimo (trecesimo *M*¹) tam exilem aut omnino nullam uideri.

6. Ambr. Hex. IIII 8, 32: Prospiciens ergo ecclesia sicut luna defectibus suis creuit et his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur et confessorum martyriis coronatur. IIII 7, 3: Nam et ipsa luna larga roris asseritur.

ipsa. Cum uero persecutionem patitur et minuitur, et nos cum illa patimur et minuimur. 7. Item sicut septem formas habet luna, sic tot gratias meritorum ecclesia.

Primam enim figuram luna habet ita: 
Secundam sectilem habet ita: 
Tertiam dimidiam habet ita: 
Quartam figuram plenam ita: 
Quintam iterum dimidiam ex maiore ita: 
Sextam iterum sectilem ita: 
Septimam bicornem habet ita: 

Eodem constat numero etiam distributio charismatum, quae per spiritum sanctum toti ecclesiae conferuntur. Septima autem semis et uicesima secunda semis in suo orbe mediae sunt, ceterae proportionales sunt.

XVIIII. DE LVNAE CVRSV.

1. 'Lunam per alios ortus et occasus — ait Hyginus — necesse est moueri non stare idque facilius quam de sole licet intellegere, quia

1. persectionem B^1 2. patitur et minuitur *A* 4. prima *A B* figura *A B* lunae *A B* ita bicornia B^1 ita bicornua B^2 5. secunda *A B* habet *om. B* 6. tertia *A B* dimediam *B* dimediū *B* habet *om. B* 7. quarta *A* habet ita *B* 8. quinta *A B* dimediam *A* maior$\overset{2}{e}$ *A* 9. sexta *A B* 10. septima *A B* $\overset{u}{\text{bicorna}}$ *B* habet *om. B* *In A figurae (quas false pictas correxi) totam paginam conplectuntur, incipit altera capite XVIIII omissis uerbis* eodem — proportionales sunt 11. ...eodem *B* carismatum *B* q: *B* spm̄ scm̄ *B* 12. totius *B* uicesima *B* 13. media est *Areu.* ꝑpartionales *B* 15. lumine A^1 16. ortos *A* B^1 occasos *A* B^1 ignus *A* iginus *B* *Hyg. Astr. IIII* 14 17. adquae *A* facilius a sole A^1 *relicuis omissis.* A^2 *nota* ''' facilius *apposita omissa in margine inferiore scripsit.* so B^1 de solis luce intelligitur *Areu.* quia cum] qui B^1

7. Isid. Orig. III 53, 1 *praebet eadem cum eisdem figuris.*

XVIIII 1. Hygin. Astr. IIII 14: Lunam sole (*del.* M^1 *eadem m.* 1: solam R^1: t cum sole R^2: a sole *P: om. B*) per alios exortus et occasus necesse est moueri non stare: idque (hacque M^1 *sed corr. eadem m.* 1: hicque *R*) facilius quam de sole licet intellegere. — — Hanc autem cum a sole lumen accipiat et ita nobis lucere uideatur, non est uerisimile de tam multis causis potius eam (.. tam *M: om. R*) stare (constare *R*) quam moueri. Schol. Germ. p. 109: Luna terris uicinior est quam sol siue quam cetera errantia sidera, unde et breuiore orbe celerius peragit cursum suum. Nam iter quod sol tre-

cum a sole accipiat lumen et ita nobis lucere uideatur, non est dubium eam moueri potius quam stare.' Terris autem uicina luna breuiori orbe conuertitur et iter quod sol in diebus CCCLXV peragit, ista per triginta dies percurrit, unde et antiqui menses in luna, annos autem in sole posuerunt. 2. Itaque luna per tricenos dies duodenis uicibus suum cursum perficiens consummat annum secundum Hebraeos aliquibus diebus adiectis, secundum Romanos bissexto semel in quadriennio unius diei adiectione celebrato. Cuius etiam augmentis decrementisque mira quadam prouidentiae arte omne quod gignitur alitur adque crescit. Nam et defectu eius conpatiuntur elimenta et processu eius quae fuerint exinanita cumulantur, ut animantium cerebrum maritimorum, siquidem echinus ostreaeque in augmento lunae pleniores reperiri feruntur.

XX. DE ECLIPSI SOLIS.

1. Solem sapientes dicunt altius currere, lunam autem proximam esse terrae. Haec ergo dum deorsum ad idem signum uel lineam qua sol uehitur peruenit, obicit se soli et tenebras totius orbis efficit, quod

1. ita] am *B* licere *B* 2. ammoueri *B* brebiori *B* orbi B^1 3. & iterū *B* *om.* *A* CCCLX *A* peragitur *A* 4. percurr& *A B* lunae *Areu.* solis cursu *B* *Areu.* 5. tricenus *B* suum *om. Areu.* 6. consumat *A* 7. bisexto *A* bissextos *B* quatriennio B^1 8. adiectionem quae celebratur *A* aucmenti *A* aucmentis B^1 d&rimentis *A* detrimentisque B^2 10. e B^1 defectū B^1 defectui *Areu.* elementa B^1 11. comulantur *A* maritimodum B^1 siquidem inhumos ostreae quae *A* siquidem inhinū & ostre^e & quae *B* 12. aucmento *A* B^1 plenioris B^2 repperire B^1 repperiri *A* B^2 ferantur B^1 13. clipsin *A* clipsīs *B* 14. al...us A^1 alii A^2 15. terram *A* eundem *A B* quā *B* 16. sol ueitur B^1 solis iter *A* sol utitur '*nonnulli libri*' *Areuali* sol uertitur *susp. Areu.* peruenerit *B* conuenerit *Areu.* ubicit B^1 urbis B^1

centis et sexaginta quinque diebus et sex horis peragit, luna uiginti septem diebus et octo horis percurrit.

2. Ambr. Hex. IIII 5, 24: In annos quoque ordinati sunt sol et luna: luna per trecentos dies duodenis uicibus suum cursum conficiens consummat annum secundum Hebraeos aliquibus diebus adiectis, secundum Romanos bissexto semel intra quinquennium (*sic*) unius diei adiectione celebrato. IIII 7, 29: In quo grande mysterium, nam et defectui eius compatiuntur elementa et processu eius quae fuerint exinanita cumulantur, ut animantium cerebrum et maritimorum humida, siquidem pleniores ostreae reperiri feruntur multaque alia, cum globus lunaris adolescit.

tantum intermenstruo contingit, nam tunc luna in eadem parte signi est qua sol uehitur, ideoque fit illi proxima et oppositione sui obscurari ab oculis nostris lumen eius uidetur: ueluti si quis alicuius oculis manum expansam opponat, quanto magis id fecerit, eo minus ille uidere poterit, quanto autem procul discesserit, eo magis illi omnia poterunt apparere. 2. Simili itaque ratione cum ad solis locum uel lineam luna peruenerit, tunc proxima eius uidetur et radios eius coram oculis nostris obturare, ut lumen non possit eicere; cum autem luna ab eo loco discesserit, tunc sol lumen eicit et ad oculos nostros transmittit. Quapropter ita soli obicitur luna, sicut lunae opponitur terra; quae utraque lumina cum ad terras non perueniunt, defecisse dicuntur. Alii autem dicunt defectum solis fieri, si foramen aeris quo sol radios fundit aliquo spiritu contrahatur siue obturetur. Haec physici et sapientes mundi dicunt. 3. Ceterum doctores nostri mystice huius eclipsis mysterium in

1. tamen· *A B* in$\overset{u}{\cdot\cdot}$menstro *B* in *om.* B^1 eadem | signis *A* eadem partes ignis B^1 2. ueitur B^1 utitur *A uide supra* illic *A* opposicionem A^1 apositini B^1 obpositione B^2 obscurare *A* 3. ad *A* quis alicuius *ex Hygino scripsi* aliquis *A B D E Areu.* 4. & hominus A^1 illa uideri *Areu.* 5. pottrit A^1 potuerunt *A Areu.* 6. simil*i* *B* a B^1 7. eius] ei esse *Areu.* eius esse *B* radius *A* radio B^1 ita coram *B Areu.* 8. obturare *ex Hygino scripsi* obdurare *A B* obscurare *Areu.* *ut B* possint *Areu.* 9. transmisit *A* 10. sicut lunae *om. A* terrae *A* 11. a *A* deficisse *A* diffecisse B^1 diffecisse B^2 ali B^1 12. diffectum B^1 deffectum B^2 radius B^1 13. spū *B om. A* obduretur *A B* hoc *Areu.* fisici *A* fisichi B^1 phisici B^2 14. mistice *A* B^1 misterium *A* B^1

XX 1—2. Hygin. Astr. IIII 14: Luna enim cum ex toto mundo et ad (ad *om. M*) acies nostras perueniat et quodam tempore torrens perueniat ad eundem locum signi quo sol uehitur, obscurare (obseruare *B*) lumen eius a nostro conspectu uidetur. Hoc autem maxime euenit die nouissimo cum luna transierit in duodecim signa et sol ad aliud signum transire uideatur et proxima fiat illi. Quod euenire sic etiam potest intellegi, ut si quis alicui (aliquo M^1 *R*) manum planam ad oculos admouerit, quanto magis sic (hoc *R*) fecerit, hoc minus ille uidere (uideri *M P B*) poterit et quanto longius ab eo discesserit (discesseris M^1 dicesceris *P*), hoc magis illi omnia poterunt apparere. Simili ratione cum luna ad solis locum peruenerit, tunc proxima eius (ei M^2 *R P*) uidetur esse et radios eius obturare (obscurare *B*) ut lumen eicere non possit (possint *R P*). Cum autem luna ab eo loco discesserit, tunc sol lumen eicit et ita ad corpora nostra adicit. Schol. Germ. p. 108: Tunc autem eclipsin patitur, quod Latine defectio dicitur, quoties luna XXX ad eandem lineam, qua sol uehitur, peruenit eique se obiciens eum obscurat, unde deficere nobis uidetur, cum ei orbis lunae opponitur, *quae repetit* Isid. Origg. III 57.

Christo dixerunt esse conpletum tunc cum interrupto aeterni sideris cursu insolito turbata ordinem suum elimenta perdiderunt, cum sacrilegae factum coniurationis sol iste uerus horrescens infestis in populo Iudaico errorum tenebris paululum semetipsum per mortem abscondit ac de cruce depositus se in sepulcro abditus obscurauit, donec tertia die augustior solito huic mundo — id est gentibus — claritatis suae potentiam praesentaret; ac sicut sol in uirtute sua refulgens tenebras operti saeculi inluminaret.

XXI. DE ECLIPSI LVNAE.

1. Luna non deficit sed obumbratur nec deminutionem sentit corporis sed obiectu obumbrantis terrae casum patitur luminis. Hanc enim philosophi non habere lumen proprium, sed eandem a sole inluminari defendunt, et quia ea demensione luna distat a sole, ut per mediam terram si quid directum traiciatur contingere possit solem sub terram, lunam autem super terram, et quia usque ad lunarem circulum terrae umbra extenditur, ideo uenit nonnumquam ut solis radii obiciente se mole terrae uel umbra ad eam non perueniant. 2. Patitur autem

1. dixerunt esse] dixisse *A* cum] enim *B* incorrupto *A* foederis *Areu.* sideris | solito *A* 2. sacrilegi B^1 3. conuraciones A^1 coniuraciones A^2 coniurationes *B* orescent *A* oriscens B^1 orescens B^2 insertis *Areu.* 5. hac B^1 sese *B Areu.* in] ita abscondit in B^1 6. agustior A^1 angustior A^2 a*u*gustior *B* hunc *A* gentibi *B* 7. potenciā e *A* hac *B* uirtut&... *A* 8. operti] per | diti *A* ita $\overline{\chi ps}$ tenebras ap*erti* *B* 9. clipsin *A* clipsis B^1 eclipsis B^2 10. defecit B^1 deminucionenem *A* 11. obiecto B^1 obumbrantes *A* obumbrati *B* terris B^2 casu B^1 hac B^1 12. inluminare *A B* 13. ea *om. A* demmensione *B* luna *om. B Areu.* ut *om. A B* 14. quit B^1 contmgere *A* solim B^1 15. terra B^2 lunam — terram *om. A* supra *Areu.* qua *A* 16. terrae *om. A* umbra terrae *Areu.* adeo *A B* euenit *Areu.* radiis B^2 obieciente *B* 17. si B^1 perueniant *B* pati.tur *B* autem hoc *B Areu.*

XXI 1. Schol. Germ. p. 110: unde et defectum patitur, si intra ipsam et solem umbra terrae interueniat. Hygin. Astr. IIII 14: Lunae autem eclipsis sic euenit, cum prope dimensione sit luna, cum abierit sol sub terram, dumtaxat hoc modo, ut per mediam terram si quid (quod *B*) directum traieceris contingere possit solem sub terram (dumtaxat — sub terram *om.* M^1) luna autem supra terram (*de reliquis quae ex Hygino afferam praeter ea quae ad ultimum caput pertinent non consului Bursianum*); quod cum ita euenit, necesse est solis radios propter magnitudinem terrae ita esse dimissos, ut lumen eius quo luna lucet non possit ad eam peruenire et ita existimatur fieri eclipsis lunae.

quintadecima luna, usque quamdiu centrum adque umbram obstantis terrae exeat uideatque solem uel a sole uideatur. Constat autem lunam ex solis radiis lumen accipere et dum obiectu terrae solem non aspexerit, tunc lumen amittere. Nam dicunt stoici omnem terram montibus claudi, quorum umbra fertur luna subito non apparere. Vnde et Lucanus:

Iam Phoebe toto fratrem cum redderet orbe,
Terrarum subita percussa expalluit umbra.

3. Figuraliter autem per lunae defectum ecclesiae persecutiones intelleguntur quando martyrum caedibus et effusione sanguinis tamquam illo defectu et obscuratione quasi cruentam faciem luna uideatur ostendere, ut a nomine Christiano terreantur infirmi. Sed sicut ista post defectum perspicua inlustratione clarescit, adeo ut nihil detrimenti sensisse uideatur, ita et ecclesia postquam per martyrum confessionem suum pro Christo sanguinem fuderit, maiore fidei claritate refulget adque insigniori lumine decorata semet ipsam latius in toto orbe diffundit.

XXII. DE CVRSV STELLARVM.

1. Stellae quidem cum mundo uertuntur, non stante mundo stellae uagae feruntur: exceptis enim his quae uocantur planetae — id est er-

1. quesque quamdiu *B*¹ hoc usque quamdiu *B*² quousque *Areu.* umbra *B* 2. exeat *om. A* ergo *B Areu.* luna *A B* 3. olis *B*¹ radii *A* agecto *A* obiectu *B* 4. stohici *A* •stoichi *B* 5. claudi dicunt *A* umbrā *B*¹ parere *A* parere• *B*¹ lucanus dicit *B* *Lucan. Phars. I* 538 *sq.* 7. iam *B* fabe *A* ab• *B*¹ febe *B*² rediret *A* urbem *B*¹ orbem *B*² totum fratri c. r. orbem *Areu.* 8. terram *A* subito *A* percassam *A* umbram *A* 9. deffectum *B* ecclesia *B*¹ persecutionis *A B*¹ 10. cebbus *B*¹ ex *B*¹ effusionem *A B* sanguis *A*¹ 11. defectum *A* diffecto *B*¹ obscuracionem *A* cruentem *A* crentam *B*¹ faciem *B* uide•tur *B* uidetur *Areu.* 12. aut nomine *B*¹ χpī anno *B*¹ 13. deffectum *A* diffectum *B*¹ adō ita ut *A* nichil *B*¹ detrimentis uideatur *A* 14. confessione *B*² 15. suo *A* sua *B* fuerit *B*¹ refulgit *B*¹ 16. latius — diffundit *om. A* 18. non cum stante *A* non stantante *B* 19. qui *A* q. *B*

3. Augustin. Enarr. in ps. X 4: Siue ipsorum martyrum caedibus et tanta effusione sanguinis, tamquam illo defectu et obscuratione qua cruentam faciem luna uidetur ostendere, a nomine Christiano deterrebantur infirmi.

XXII 1. Hygin. Astr. IIII 8: Igitur cum uidemus stellas oriri et occidere, necesse est mundum quoque cum stellis uerti. Isid. Origg. III 66: Quaedam stellae ideo planetae dicuntur — id est errantes — quia per totum mundum uario motu discurrunt.

rantes — quae uagis mouentur ordinibus. Ceterae quae ἀπλανής appellantur unu loco fixae cum mundo uoluuntur. Ideo autem planetae — id est errantes — dicuntur quia per totum mundum uario motu discurrunt. 2. Partibus autem diuersis inter se mouentur sidera, nam quaedam superius, quaedam inferius currunt; inde et illa quae terris propinquiora sunt quasi maiora nobis uidentur quam ea quae circa caelum uoluuntur; longinquitate enim locorum uisus languescit. Hinc accidit ut interuallo longe inter se distantium circulorum alia celerius, alia tardius ad cursus sui exordium reuertantur. 3. Nam quaedam sidera celerius exorta serius occidere existimantur, quaedam etiam tardius ceteris exorta citius ad occasum perueniunt, quaedam uero pariter oriuntur et non simul occidunt, omnia autem suo tempore ad cursum proprium reuertuntur. Radiis autem solis praepedita sidera aut anomala fiunt aut retrograda aut stationaria; iuxta quod et poeta meminit dicens:

sol tempora diuidit aeui,
Mutat nocte diem radiisque potentibus astra
Ire uetat cursusque uagos statione moratur.

XXIII. DE POSITIONE SEPTEM STELLARVM ERRANTIVM.

1. In ambitu quippe septem caelestium orbium primum inferiore sphaerae circulo luna est constituta ideo proxima terris posita, ut nocte

1. magis A citere B^1 aplanes B a planis A^1 a planetis A^2 2. confixe B 3. mumdum A mun | do A^1 mo | do A^2 4. sydera B^2 5. superiores A inferios A unde *Areu.* 6. circa | lum A^1 circu | lum A^2 7. languiscit B^1 8. accedit A B^1 9. cursum A reuentūt' A 10. celeus B^1 serios B^1 caelerius A exestimantur A estimantur B 13. praependita B^1 sydera B^2 *saepius* ut A anoma | A^1 anomela B^1 14. fiant A iux A^1 poetam A 16. *Lucan. Phars. X* 201 *sq.* ęı... B aeui *Lucani libri a. b. c. d Weberi*: uel anni *a. c. ad marg.* 17. uta B mutant A^1 noctem A B^1 18. cursosque B^1 morar&ur A 19. possitionem B^1 stelarum A 20. ambitum B^1 urbium B^1 inferiori B^2 in inferioris *Areu.* 21. spere A B circulos B^1 est] ē B ꝓposita B^1

3. Isid. Origg. III 65, 3: Quaedam sidera radiis solis praepedita anomala fiunt aut retrograda aut stationaria, iuxta quod et (et *om. Gu.* 1) poeta meminit dicens:
sol tempora diuidit aeui
Mutat nocte diem radiisque potentibus astra
Ire uetat cursusque uagos statione (ratione *ceteri libri praeter Gu.* 4) moratur.

nobis facilius lumen exhibeat. Dehinc secundo circulo Mercurii stella est conlocata soli celeritate par sed ui quadam, ut philosophi dicunt, contraria. Tertio circulo Luciferi circumuectio est, quae inde a gentilibus Venus est dicta quod inter quinque stellas plus lucis habeat, nam ut praediximus quemadmodum sol et luna ita et haec umbram facit. 2. Quarto circulo solis cursus est conlocatus, qui proinde quia omnibus lucidior est medius est constitutus, ut tam superioribus quam inferioribus lucem praestet; ratione autem diuina sic constitutus, quia praeclara omnia in medio esse debent. Porro quinto circulo uesper sidus est conlocatum, quem illi Marti adsignant. Sexto Phaethontis stellam, quam Iouis appellant. Iam summo caelo — id est in mundi uertice — stella Saturni est posita, quae quidem dum summum caelum teneat sublimiorque sit omnibus, natura tamen eius frigida fertur adprobante Virgilio:

Frigida Saturni sese quo stella receptet.

3. Haec autem sidera errantia appellantur, non quod ipsa errent sed quod nos errare faciant, quae sidera Graece planetae dicuntur. In sole enim et luna omnibus notitia est ortus et occasus, adeo quia sol et luna directo cursu eunt, ista uero ut praedictum est retrogradantur

1. exibeat A^1 B^1 mercoris B^1 2. est *om.* *Areu.* collocata *B* solita *A* *om.* B^1 solis B^2 per *A* uim B^1 3. luci • • feri *B* *uidetur scriptum esse m.* 1: lucixeferi circumuen | cio *A* circumfectio *B* est *om.* *A* quae *om.* *Areu.* 4. est] ita *Areu.* luces *A* 5. aut B^1 6. solis est cumsursus B^1 solis est cur • • sus B^2 qui • *A* hominibus *B* 7. supnis *A B* 8. prestit B^1 rationem B^1 constitutus est *B* *Areu.* 9. in medio *om.* B^1 ·/·circulo·/·quinto *A* quin*to* circulo *B* uesper *libri omnes* Pyrois *Grialius uide quae diximus ad III* 2 10. dicitur collocatum *B* *Areu.* quam *A* *B* quod *Areu.* marti*s* *B* martyrum *A* adsignatur *A* fetontis *A* *B* stillam B^1 stella A^2 VII 11. mundo *A* *B* uertite *A* *B* 12. • stella *B* saturnis A^1 saturnii A^2 quem *A* caelo B^1 13. adpropante B^1 14. *Virg. Georg. I* 336 frigidas *A* esse *A* ^{s}es • e *B* quo sese *Senec. ep. LXXXVIII et Goth. pr.* quo se *Seru. Dresd.* qua sese *Lactant. ad Statii Theb. I* 395 15. quod ipsa *om.* *A* quod ipsi *B* errant *A* *B* 16. quia *B* errantes *B* *Areu.* faciunt *B* quia *A* gr̄ *A* pla&ę A^1 17. enim] aū *B* ideoque *Areu.* 18. discretu B^1 discreto B^2 directu *B* itunt B^1 uehuntur *Areu.* ut praedictum est *om.* *B* *Areu.* retrogradiuntur *B* retrograduntur *al.*

XXIII 3. Isid. Origg. III 66: Quaedam stellae ideo planetae dicuntur — id est errantes — quia per totum mundum uario motu discurrunt; unde pro eo quod errant retrogradae dicuntur (retrogradantur *Gothici*) uel ano-

uel anomala efficiuntur — id est quando particulas addunt et detrahunt; ceterum quando tantum detrahunt retrograda dicuntur; stationem autem faciunt quando stant. 4. Anni autem singularum stellarum hi sunt qui in sphaera subiecta continentur, quibus peractis ad reuersionem circuli sui isdem signis et partibus ueniunt. Nam luna VIII annis fertur explere circulum suum, Mercurius annis XX, Lucifer annis VIIII, sol annis XVIIII, uesper annis XV, Phaethon annis XII, Saturnus annis XXX. Quorum orbium adque stellarum positionem subdita demonstrat figura. (*fig. VI.*)

XXIIII. DE LVMINE STELLARVM.

1. Stellas non habere proprium lumen sed a sole inluminari dicunt nec eas umquam de caelo abscedere sed ueniente sole celari. Omnia enim sidera obscurantur sole oriente, non cadunt. Nam dum sol ortus sui signa praemiserit, omnis stellarum ignis sub eius luminis fulgore euanescunt, ita ut praeter solis ignem nullius sideris splendor uideatur. Hinc etiam et sol appellatus, eo quod solus appareat obscuratis cunctis sideribus. Nec mirum hoc de sole, cum etiam plena luna

1. annomala B^1 perticulas *A* 2. tantūm B^1 *om. A* detrahant *Areu.* 3. anniano B^1 singularum *om.* B^1 hii *A* B^1 4. in *om. B* spera *A B* uersionem *A* B^1 5. hisdem *A* luna tot annis XVIII fertur *B* 6. Mercurios *A* annos *A* XXIII *Areu.* annos *A* 7. annos *A* XVIIII] XX & VIII *B* Pyrois *e ci. Chaconis Areu. uide supra* annos *A om. B* faetontis *A* fetontis *B* annos *A om. B* annos *A om. B* 8. urbium B^1 postionem B^1 possitionem B^2 10. stelarum *A* 11. ad *B* inluminare *A* B^1 dicuntur *A B* 12. neec *A* as B^1 abscidere B^1 ascendere *Areu.* uenienti B^1 caela|ri (dn̄s) *A* caelari dicimus *B* celare dicimus *al.* 13. & non *A* cadent *A* 14. ignes B^2 *Areu.* lumine fulgoris *A* 15. euaniscunt B^1 nullus *B Areu.* 17. cuntis *A* sole intellegere *B* A^2 plena A^1 plenā lunā A^2

malae efficiuntur, id est quando particulas addunt et detrahunt, ceterum quando tantum detrahunt, retrogradae dicuntur, stationem autem faciunt quando stant.

4. Isid. Origg. III 65: Nam luna VIII annis fertur explere cursum suum, Mercurius annis XX, Lucifer annis VIIII, sol annis XVIIII, uesper annis XV, Phaeton XXII, Saturnus annis XXX.

XXIIII 1. Isid. Origg. III 60: Stellae non habere proprium lumen sed a sole illuminari dicuntur, sicut et luna. Isid. Origg. III 70, 1: Sol appellatus est eo, quod solus appareat obscuratis fulgore suo cunctis sideribus. Varro L. L. V 68: Sol uel quod ita Sabini, uel solus ita lucet ut ex eo deo dies sit.

et tota nocte fulgente pleraque astra non luceant, esse autem etiam per dies stellas in caelo probat solis deliquium, quia quando sol obiecto orbe lunae fuerit obscuratus, clariora in caelo astra uideantur. 2. Stellae autem secundum mysticum intellectum sancti uiri intelleguntur, de quibus dictum est: 'Qui numerat multitudinem stellarum.' Sicut enim omnis stellae a sole inluminantur, ita et sancti a Christo gloria caelestis regni clarificantur; et sicut prae fulgore solis et ui maxima luminis eius sidera obtunduntur, ita et omnis splendor sanctorum in conparatione gloriae Christi quodammodo obscuratur; et quemadmodum stellae sibi differunt in claritate, ita iustorum diuersa meritorum descriptio est.

XXV. DE LAPSV STELLARVM.

1. Falsa autem opinio et uulgaris est nocte stellas cadere, cum sciamus ex aere lapsos igniculos ire per caelum portarique uentis uagique lumen sideris imitari, stellas autem inmobiles fixasque manere in caelo. 2. Nam illud quod ait poeta:

Saepe etiam stellas vento inpendente videbis
Praecipites caelo labi noctisque per umbras
Flammarum longas a tergo albescere tractus.

1. fulgente *om.* A^1 fulgentē A^2 pluraque *A* plerique B^1 2. diem *Areu.* quod *A Areu.* quia *eadem man.* 1 *correxit* 3. urbe B^1 obscuratur *A B* 4. misticnm *A* B^1 sacramentum *B E* intellectum sacramentum *C D* sensum *Areu.* 5. *lib. psalm.* 146, 4 a&iam *A* 6. omni *A* oms̄ *B* et *om. Areu.* gloriæ *A* 7. glorificantur *B Areu.* fulgorē B^2 uii A^1 maxime *A* 8. optunduntur B^1 santorum A^1 9. modo A^1 quidam modo A^2 quadammodo *B* quemadmodum *B* 10. diffr̄ *A* in *om. Areu.* diuersa meritorum discripcio est A^1 diuersitas meritorum cū discripcione est A^2 diuersitas meritorum discretione . . t *B* diuersitas meritorum discretione *Areu.* 11. labsu *A* lapsu . *B* 12. est . *B* noctē *A* 13. aethere *B Areu.* portareque *A* 14. imitare *A* stella A^1 immobiles *A* B^2 pmanere *B* A^2 *Areu.* 15. *Virg. Georg. I* 365 *sq.* 16. inpediente *A* inpellente B^2 'impellente *Parrhas. et ed. Mediol. unus Mead. notabili aberratione, dummodo codicum auctoritas aliqua esset' Heynius* 17. praecipitis *B* A^2 noctis que *B* A^2 umbram *Medic. Pieriique Rom. et Med.* 18. albiscere *A* B^1 tractos B^1 tractatos *A*

XXV 1. Isid. Origg. III 70, 3: Nam quod uidemus de caelo stellas quasi labi, non sunt stellae sed igniculi ab aethere lapsi, qui fiunt dum uentus altiora petens aethereum ignem secum trahit, qui tractu suo imitatur stellas cadentes. Schol. ad Lucan. Phars. V 562: Haec secundum vulgarem opinionem dicta sunt, ceterum ueritas habet esse igniculos ab aethere lapsos uento altiora petente qui in modum stellarum labuntur.

Et iterum:

lapsa per altum
Aera dispersos traxere cadentia sulcos
Sidera set summis etiam quae fixa tenentur
Astra polis

Sed hi poetae uoluntarie ad opinionem uulgi se contulerunt, ceterum philosophi, quibus cura est mundi quaerere rationem, illa aiunt quae superius memorata sunt.

XXVI. DE NOMINIBVS ASTRORVM.

1. Legitur in Iob dicente domino: 'Numquid coniungere uales micantes stellas Pliades et gyrum arcturi poteris dissipare? Numquid producis luciferum in tempore suo et uesperum super filios terrae consurgere facis?' Et iterum alibi: 'Qui facit arcturum et Orionem et Hyadas.' Haec nomina stellarum dum in scripturis sacris legimus uanis deliramentis poetarum adsensum non praebeamus, qui falsis opinionibus ista in astris ex hominum nominibus uel aliarum creaturarum uocabulis inposuerunt. Ita enim stellarum quarundam gentilium sapientes nomina sicut et dierum indiderunt. 2. Quod uero isdem nominibus sacra utitur scriptura, non eorum idcirco uanas adprobat fabulas, sed faciens ex rebus uisibilibus inuisibilium rerum figuras ea nomina pro cognitione hominum ponit, quae late sunt cognita, ut quidquid incognitum significat, facilius per id quod est cognitum humanis sensibus innotescat.

1. *Lucan. Phars. V* 561 *sq.* 2. latum *B* A^2 3. aerem *B* aere *A* *Areu.* diuerso A^1 disperso *B* A^2 *Areu.* trahere candentia *A B* *Areu.* sol considera A^2 4. set] & *A B* *Areu.* sūmos A^1 a&iāq: *A* &iāq: *B* 5. poli *B* 6. hinc *A* hic *B* uolumtarie *A* 7. curae *Areu.* ita *B* adserunt *B* *Areu.* 8. memoratum est *A* 10. *lib. Iob.* 38, 31 consurgere *B* ualebis A^2 *Vulg.* 11. micantes *B* pleiades *Areu.* aut *Vulg.* girum *A B* arturi B^1 dissipari B^1 12. perducis B^2 uespera B^1 uesperu B^2 13. *lib. Iob.* 9, 9. horionem *A* Oriona *Vulg.* hiadas *A* B^1 yadas B^2 14. sacris *om. Areu.* deleramentis *A* B^1 15. poetarum *om. Areu.* 16. uocabula ista *B* A^2 *Areu.* alialiorum B^1 a aliorum B^2 17. quarumdam *B* 18. et•• *A* eisdem *B* A^2 19. eorum] uerū *A* *id*circo *B* ut | uanas A^2 ••faciens *A* 20. inuisibiliu• B^1 inuisibiliū• B^2 fuguras *A* p *A* 21. hominūm *om. Areu.* ponit *om.* A^1 ponet A^2 ponuntur *mire Areu.* cognitēt *A* *ab eadem m. in* cognita *correctum* cogniti B^1 sut quid A^1 ut quidquid B^1 A^2 ut quicquid B^2 22. significant B^2 innotescant *A B*

3. Arcturus est ille quem Latini septemtrionem dicunt, qui septem stellarum radiis fulgens in se ipso reuolutus rotatur, qui ideo plaustrum uocatur quia in modum uehiculi uoluitur et modo tres ad summa eleuat, modo quattuor inclinat. Hic autem in caeli axe constitutus semper uersatur et numquam mergitur, sed dum in se ipso uoluitur et nox finitur. 4. Per hunc arcturum — id est septemtrionem — ecclesiam septenaria uirtute fulgentem intellegimus, nam sicut in axe caeli arcturus semper inclinatur rursusque erigitur, ita ecclesia diuersis quidem aduersitatibus humiliatur, sed mox consurgens spe et uirtutibus eleuatur, et sicut ex tribus stellis et quattuor septentrio efficitur, ita ecclesia ex fide trinitatis et operationibus quattuor uirtutum principalium consummatur, ex fide enim et operibus homo iustificatur.

5. Bootes stella est quae plaustrum — id est septentrionem — sequitur, qui etiam ab antiquis arctophylax dicitur siue minor arctos, unde et quidam eam septemtrionem dixerunt. Hanc spectant praecipue qui navigare noscunt. De qua Lucanus:

uelox ibi nocte Bootes;

quia cum orta fuerit, cito facit occasum.

